

seu disciplina regularis. Sub Justitia legali continetur Epikia, seu benigna interpretatio legis secundum bonum, & equum, quae in operationibus suis non attendit ad verba legis, sed ad mentem Legislatoris propter speciales circumstantias in lege non expressas. Sic enim hoc preceptum: *Lucius non tanquam vasa sacra*, benigne interpretatur, quod non obliget pro casu, quo Infideles vasa ista diriperent.

35. His additur Justitia *Vindicativa*, quae pro merito culpa poenas infligit. Ex parte rei non est vera justitia, quia ei nulla sit injuria, si non puniatur; at ex parte Judicis est vera justitia, seu pars Commutativa, quia Judex ex quasi-contractu cum Republ. inito tenetur malefactorum punire, & ita ablatum honorem Reipublicae restituere. Ceterum an *Commutativa, distributiva, & legalis* stricte, & univoce conveniant in ratione justitiae, est quaestio de nomine, quam hic libenter omitto, cum ad jus nihil faciat; nam si in definitione justitiae per *ius suum* intelligatur jus suum quaesitum, & appropriatum, tunc sola Commutativa est stricta justitia; si vero *ius suum* praecindit ad iure quaesitum, & querendum, seu appropriatum, & appropriatum, etiam pura distributiva, & pura legalis est proprie & stricte justitia.

36. R. 2. Partes potentiales Justitiae sunt: *Religio, Punitiva, Pias, & Observantia*, quae a rigore justitiae deficient ex defectu aequalitatis, quia Deo, parentibus, patrie, magistris, & majoribus nunquam ex integro satisfaciunt, quin maneamus eis obligati. Item *Veritatis, Gratiudo, Amicitia, liberalitas, & vindicativa justitia*, quae a rigore justitiae deficient ex defectu rigorosi debiti, cum fundentur in solo debito morali honestatis.

37. Q. III. *Quod sit obiectum Justitiae in genere, & specierum*. R. 1. Obiectum materiale justitiae in communi remouet ex re debita, proximum est operatio voluntatis formalis, quod est restitudo aequalitatis, quae ponitur inter jus activum unius, & passivum obligationem alterius: complexum est utroque est jus, seu justum passivum alteri legaliter debitum: *motivum*, seu ratio formalis, sub qua est honestas illa specialis, quae relucet in positione aequalitatis; & obiectum, seu persona cui, est ille, qui vestitus est iure activo, quod ab altero adequatur. Ita haec omnia patent ex definitione justitiae, quae dat cuique jus suum, v. g. operario mercedem, in quo exemplo pecunia in mercedem conventa, est obiectum materiale *remouit*, actio voluntatis, qua merces ista datur, est obiectum materiale *proximum*; restitudo aequalitatis in actione voluntatis relucens, est obiectum *formale* quod; honestas solvendi mercedem est *motivum*; operarius ut vestitus iure activo, seu exactivo hujus mercedis, est *subiectum*, cui solvitur, seu cuius jus activum per mercedem datam adequatur. Ex his colliges ad hoc ut *ius suum* cuique dandum fit obiectum justitiae, tria requiri: 1. ut sit debitum *rigorosum*, seu *legale*, ad quod solvendum Jura, & leges adstringunt prout exigit jus activum alterius. 2. Ut sit *aequale*, quia adaequationem istam justitia requirit. 3. Ut sit *ad alterum*, seu alteri debitum, quia sibi ipsi nemo proprie debet. Illa vero *alteritas* non debet esse tantum personarum, sed etiam jurium diversorum, & ideo quia pater, & filius, dominus, & servus quo ad certos effectus civiles, non habent diversa Jura, sed fictio Juris reputatur pro una persona, justitia inter eos non datur quo ad tales effectus v. g. ut dominus cum servo contrahat.

38. R. 2. Obiectum justitiae *Commutativa* est *debitum legale*, seu *sanctum juris quaesitum* inter privatos adaequanda: nam commutativa ex parte subiecti praesupponit jus quantum in re, vel ad rem. 2. Obiectum *distributiva* est *debitum legale*, seu *jus condignitatis* ad bona communia: nam Distributiva vult dare cuique jus suum secundum merita, & capacitatem. 3. Obiectum *Legalis* est *debitum legale*, seu *jus observantiae* a membris Communitatis pro bono communi adaequabile: nam hoc jus observantiae legum per se intendit justitia legalis.

Obj. 1. Hospitalitas est debita peregrinis pr. d. 42. & gratitudo benefactoribus, nec tamen sunt justitiae. 2. Debitor pauper solvens 50. pro 100. facit actum justitiae, non tamen ad aequalitatem; ergo aequalitas non requiritur ad obiectum justitiae. 3. Qui pro equo

sublato valoris 100. pendit 100. ponit aequalitatem, non tamen actum justitiae, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest. l. 2. §. 1. ff. de Reb. Credit. R. ad 1. Dist. ant. est debita debito morali, & simpliciter honestatis, conc. ant. debito legali, & rigoroso, seu justitiae, neg. ant. Ad 2. Actus iste est imperfectus ex natura sua ordinatus ad solutionem debiti adaequatam. Ad 3. Dist. ant. ponit aequalitatem debitam, seu adaequatam iure activo equi debiti, neg. ant. indebitam, & materialem, conc. antec. nam in quantitatibus genus, at in speciebus, seu corporibus debitis species reddi debet. Jam ut in hac materia confusio, quae in quibusdam Scripturis inextricabilis est, evitetur, necesse est explicare essentiam, & divisionem Juris activi. Unde

39. Q. IV. *Quid, & quomodo sit jus potestativum?* R. 1. *Jus Potestativum* est legitima facultas disponendi de aliqua re. *Dicitur 1. legitima*, hoc est legitimum permissa, seu legi naturali, Divinae, & humanae conformis, non autem ei repugnans. Unde potestas, qua latro viotorem spoliat, seu aliquid ab eo exigit, non est legitima, vii juris, sed facti, & violentiae. *Dicitur 2. disponendi*, quod verbum accipitur latissime pro quocunque actu, vel omissione potestatis subiectis, ut sunt agere, uti, abuti, alienare possidere, petere, condicere, praecipere, gubernare &c.: nam qui potestatem pollet, omnia potest, quae tali potestati subijciuntur.

40. R. 2. Jus potestativum recte dividitur in *Abolutum*, seu *secundum se*, quod datur ad exercendas proprias actiones, vel omissiones subiecti jus tale habentis: quo sensu dicitur, quod quisque Juri suo uti, & abuti possit, & utens iure suo nemini faciat injuriam &c. in *Respectivum*, seu *Activum*, vel potius *Executivum*, quod datur in ordine ad actiones, vel omissiones alienas, adeoque exigit, ut alter aliquid agat, vel omitat in gratiam jus activum habentis. Et de hoc in *seq. resp. agitur*. 2. Jus potestativum absolutum dividitur in *Reale, & Personale*, seu *in re, & ad rem*. *Reale*, seu *in re*, est, quo res aliqua immediate in se ipsa est nobis obligata, seu vi cuius rem in se ipsa nobis subiectam habemus. *Personale*, seu *ad rem* est, quo non res ipsa, sed persona aliqua est nobis obligata ad aliquid dandum, vel faciendum. Ad *Jus reale* requiritur *existentia rei*, vel physica in rebus corporalibus, vel moralis in rebus incorporalibus, seu juribus, *iusus titulus*, seu habilis ad transferendum, aut acquirendum dominium, sed aliud jus reale, uti a natura est permissio ad occupandum rem communem, quae nullus est: item venditio, permutatio, donatio &c. *Traditio rei vera*, aut ficta, vel alius modus, quo Jura realia acquiruntur, ut usufructus, occupatio rei communis, testamentum, legatum, & in spiritualibus v. gr. collatio beneficii, confirmatio electionis ad Praelaturam &c.: nam *traditionibus, & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur* lib. 20. Cod. de pactis. Plura de hoc lib. 2. tit. 1. a. num. 52. Ad *Jus personale* sufficit iustus titulus pacti, seu contractus, aut quasi-contractus delicti, vel quasi-delicti, quo proximo nocetur. Ex his Jus reale parit *actionem realem*, seu *in rem*, ut res ipsa repeti possit a quocunque possessore; Jus vero personale parit *actionem personalem*, seu *in personam*, ut ista det, vel faciat, quod ex conventionie, aut obligatione delicto contracto dandum, vel faciendum est. v. g. emisti a Titio equum 100. florenis numeratis, antequam equus tibi tradatur, habes jus personale ex contractu emptiois quaesitum, vi cuius actione personali experiri potes contra Titium, ut equum tradat. Facta autem traditione equi habes jus reale in equo. 3. Species Juris realis sunt non tantum duae, ut aliqui statuunt, scilicet *dominium, & iurisdictio*, sed plures aliae: ut jus servitutis, pignoris, possessionis, potestatis patrie, dominicae, oeconomicae, tutoriae, curatortiae; item jus venandi, piscandi, jus Parochiae, Praelaturae, & alia similia Jura, de quibus suis locis. Jus personale tot habet divisiones, quot sunt species pactorum, seu contractuum, & obligationum ex delicto, ut furto, rapina &c.

41. R. 3. *Jus Activum* est potestas legitima alterum obligandi in suum commodum. Dicitur 1. *obligandi* hoc est necessitate adstringendi ad aliquid faciendum, vel

vel omittendum. Dicitur 2. *in suum commodum*, hoc est in utilitatem obligantis, ut suum ei tribuatur. v. g. Titius habet equum proprium, & exinde habet jus activum, exigendo, seu obligando alios, ne equum sibi auferant, vel ei nocent, & si quis eum abstulit, vel nocuit, ut restituat, vel dampnum reparet, quae restitutio, aut damni reparatio cedit in utilitatem Titii. Et hoc sensu Justitia dicitur *dare cuique jus suum*: nam ad hoc requiritur, ut ex parte unius detur *jus Activum*, seu potestas alterum obligandi, & ex parte alterius detur *jus Passivum*, seu passiva obligatio faciendi, aut omittendi id, quod exigit jus activum, seu radix, & mater exercecdae justitiae, prout haec ponit adaequationem inter jus activum, & passivum. 2. *Jus Activum* formaliter, & ratione sui non dividitur aliter quam ipsa Justitia, ac proinde triariam: in jus activum correspondens Commutativae, quod est *jus qualem proprietatis* late acceptae pro omni iure jam obento, sive personali: in jus activum correspondens Distributivae, quod est *jus condignitatis*: & in jus activum correspondens Legali justitiae, quod est *jus observantiae*. Ratio hujus divisionis est, quia tot modis dividi debet jus activum, quot modis fieri potest illius adaequatio per justitiam; sed tales modi sunt tantum tres, scilicet modus commutativae, distributivae, & legalis, ergo. Nec obstat, quod DD. aliqui Jus activum dividant in *reale, & personale*: nam dividunt illud inadaequate prout correspondet soli justitiae commutativae, quae in multorum sententia est sola stricte, & rigorose justitia. Hoc sensu intelligenda sunt, quae ego scripsi in *Disput. Civ. Disput. 5. Controv. 1. num. 3.* Cetera Jura, quae talia, non sunt activa, ut *jus dominium, & iurisdictio* &c.: nam *dominium* est jus reale, seu potestas disponendi de re sua, adeoque respicit proprias actiones subiecti. Ad *dominium* materialiter spectatum, ut respicit alterum, obligando illum, non rem dominii auferat, vel ablatam restituat, est sub hoc respectu proprie jus activum, seu exactivum, quia ista exigit ab altero obligato. Similiter *iurisdictio*, ut est jus gubernativum, seu potestas gubernandi subditos ad utilitatem eorum, & sub iurisdictio, non est *jus activum*, quia licet obliget subditos, non tamen in commodum habentis iurisditionem, sed in commodum subditorum. At iurisdictio, ut est jus proprium Principi, aut Judici inhaerens, quo alii obligantur, ne Principem, aut Judicem iniuste hoc jure spolient, vel in usu iurisditionis turbent, & impediant, hoc respectu est proprie *jus activum*, seu *proprietatis*. Ita philosophare de Jure Parochiae, Praelaturae &c.

Dices contra divisionem Juris activi: Violans puram distributivam, vel legalem justitiam, non tenetur ad compensationem faciendam, sicut v. g. Episcopus conferens beneficium digno, omisso digniore, non tenetur quidquam digniori compensare, cum iste non habuerit jus quaesitum ad beneficium; ergo respectu distributivae, & legalis non datur jus activum. R. Probabilis conc. antec. & neg. conseq. nam restitutio, & compensatio damni est actus solius justitiae commutativae, dum laeditur jus quaesitum proprietatis; at si laedatur jus activum condignitatis, vel observantiae, peccatur quidem contra justitiam, sed nulla oritur obligatio compensandi, ut mox dicam.

42. Q. 5. *Quanta sit obligatio justitiae?* R. 1. ex genere suo gravis, cum quique graviter obligetur proximum suum indemnem conservare. At ex parvitate materiae obligatio ista fit levis, ut si diviti unum obolum auferas.

43. R. 2. Obligatio justitiae commutativae oritur ex omnibus pactis, & contractibus, quasi-contractibus, ut sunt negotiorum gestio, tutela, cura, rerum communio, hereditatis communio inter plures cohaereditas, aditio hereditatis ad solvenda legata, indebiti solutio. Item ex tacitis conventionibus inter Principem, & Rempubl. Praelatum, & Ecclesiam &c. Denique ex delictis, vel quasi-delictis, quibus proximo nocetur. Praecipuus actus Commutativae est restitutio: & quidem si jus actu habitum violatum est, tantum restitui debet, quantum ablatum fuit: si vero jus in spe iniuste impeditum est, non restituitur tantum, quantum est jus in re, quia sic plus restitueretur, cum jus in re fit plus, quam jus in spe: sed aliter. *Remigii a S. Erasmo*. Pars I.

qualis restitutio facienda est secundum arbitrium boni viri, attenta conditione personarum, & negotiorum; ut si quem iniuste impediti a consecutione officii, vel beneficii sperari. Cetera de restitutione vide in Moralisticis.

44. R. 3. Obligatio justitiae distributivae pure oritur in Superiore ex debito distributivae officia, & bona communia. Peccatur contra hanc justitiam per acceptionem personarum, quae ex genere suo est mortalis, dum scilicet personae alicui attribuitur id, quod secundum ejus merita, & capacitatem non esset ei attribuendum: seu dum aliquid datur personae sine causa, quod propter causam dandum esset v. gr. beneficia Ecclesiastica danda sunt propter causam majorem dignitatis, & utilitatis; ergo si dentur alicui minus digno, & minus utili Ecclesiae, committitur acceptio personarum.

45. R. 4. Obligatio justitiae legalis pure oritur ex debito conservandi jus commune. Peccatur contra hanc justitiam per speciale vitium, seu delictum iniustitiae illegalis, in quantum bonum commune contemnitur, & pars Communitatis non facit tantum, quantum potest, & debet pro bono communi. Ceterum delictum hoc non avertit specialem malitiam, nisi accedat contemptus formalis; seu dum quis peccat animum contemnendi bonum commune vel contra illud machinandi v. g. si cives, Clerici, aut Religiosi velint procedere, aut subvertere patriam, Ecclesiam, disciplinam Ecclesiasticam, aut regularem.

46. R. 5. Ex violatione justitiae distributivae, aut legalis, si pura sit, non oritur obligatio restituendi: tum quia non laeditur jus proprium, aut quaesitum alteri; tum quia S. D. & TT. communiter docent restitutionem esse actum proprium justitiae commutativae. *Dices*: si quis iniuste impedit digniorem a consecutione officii v. gr. illum demigrando, & difformando, tenetur ei ad restitutionem; ergo etiam Superior, qui omisso digniore consulit officium minus digno, tenetur digniori ad restitutionem. R. neg. conseq. nam Superior in hoc casu peccat contra distributivam; iniuste vero impediens contra commutativam: siquidem dignior, licet non habeat jus quaesitum ad officium, habet tamen jus proprium, & quaesitum, ne per dolum, & malas artes impediatur a consecutione officii.

47. R. 6. Si distributivae, ut plerumque fit, miscetur commutativa, ex violatione illius oritur obligatio restituendi. Ita comm. nam tali casu jam laeditur jus proprium alterius. Exempla obvia sunt: 1. Si testator mille aureos relinquit distribuendos inter pauperes secundum proportionem paupertatis: tunc enim si minus detur pauperiori, distributor tenetur ei ad restitutionem, quia laesit jus ipsius ex legato quaesitum. Idem dicit de belli-duce, qui a Principe accepit praemia inter milites distribuenda secundum proportionem meritorum. 2. Si Papa, Episcopus, & Praelatus regularis conferat officia, & beneficia Ecclesiastica minus dignis, non tenetur quidem ad restitutionem dignioribus faciendam: attamen respectu Ecclesiae, cui est justitia commutativa, seu quasi-contractu tenetur praescire digniorem, obligatur reparare omnia damna, quae tali Ecclesiae, vel monasterio obveniunt ex regimine Clerici, aut Religiosi minus idonei. Fulse, & nervose de justitia scribit S. D. 2. 2. *quest. 57. usque ad 79.* quem utram omnes Legiste, & Canonice legant, ut justitiam, seu obiectum Jurisprudentialia, factam tectam conservent.

TITULUS II.

De Jure Naturali, Gentium, & Civili.

Agitur de hac materia in Pandectis l. 1. tit. 1. 2. 3. 4. In Codice l. 1. tit. 14. 15. 16. 17. In Jure Can. tit. de Constit. ubi alii loci communes allegantur.

In hoc titulo agitur de Jure legali, seu accepto pro communi precepto, ut patet ex §. *fin. de Just. & Jur.* ubi Imp. dicit *Jus collectum esse ex naturalibus preceptis, aut Gentium, aut Civiliibus*. In quo sensu Jus est ordinatio rationis, seu regula communis vivendi, juxta quam membra Communitatis regantur, & operentur. lib. 2. ff. de Legibus. can. 2. A 4. d. 2.

d. i. Licet autem hujus Juris tria hic ponantur membra, scilicet Jus Naturale, Gentium, & Civile, tamen dividit ista et tantum mediata: nam Jus legale immediate dividitur in Naturale, & Positivum, quorum interim hic terminos explicabo. Naturale est, quod ab ipsa natura necessario ortum habet, adeoque independentem a libero placito voluntatis dicitur aliqua faciendum, & aliqua vitanda v. g. Deum esse amandum, & non odio habendum. Positivum est, quod ex libera voluntate DEI, aut hominis constituitur; atque ita aliquid ponit, quod jure naturali non est positum v. g. baptismum suscipere, Missam audire diebus certis, anna non portare &c. Hinc juxta tritum axioma; spectantia ad Jus naturale ideo precipiuntur, aut prohibentur, quia intrinsece bona, vel mala sunt, saltem exactive, & fundamentaliter: e contra spectantia ad Jus positivum ideo bona, vel mala sunt, quia precipiuntur, vel prohibentur. 2. Jus positivum dividitur in Divinum, quod Deus constituit in veteri, & novo testamento, & Humanum, quod ab homine constituitur: & hoc ex diversitate Constituentium subdividitur in Gentium, Civile, & Ecclesiasticum, de quo ultimo Canoniste. Ex his patet divisionem istam Juris desumi a causa efficiente, quia Jus naturale ab Auctore nature, Jus gentium ab ipis gentibus, & Jus civile a populo, seu Principe certae civitatis constituitur. Sit

S. I.

De Jure Naturali,

1. Nota, cum natura creata non sit a se, sed essentialiter a Deo ut auctore nature: Jus naturale posse, imo necessario debere spectari dupliciter: 1. Active, seu constitutive ex parte DEI Legislatoris, & sic Jus naturale datur in Deo, estque ipsa lex aeterna DEI, seu ordinatio Divinae Sapientiae actiones omnium creaturarum dirigens ad bonum commune universi, quod est gloria DEI. Ita constat ex e. 8. Prover. ubi fere per totum sermo est de Sapientia aeterna, omnia creata dirigente, & in fin. additur: qui autem in me peccaverit, ledet animam suam: anima autem non laeditur, nisi peccando contra legem; ergo datur in mente DEI, tanquam Supremi Gubernatoris, lex aeterna totius universi gubernativa, seu Jus naturale active spectatum, cui omnis natura creata pareat ad bonum commune universi, quod est gloria DEI, seu summum bonum, & finis ultimus creaturarum, propter quem factae sunt. 2. Jus naturale spectatur passive, seu terminative, aut participative ex parte creaturarum, quod modo est quaedam participatio, seu impressio legis aeternae naturaliter dicens bonum creature convenientis esse appetendum, & malum fugiendum. Hac veritate supposita, Doctores illi, qui Jus naturale dicunt formaliter consistere in ipsa lege aeterna DEI, loquuntur de Jure naturali active spectato ex parte Dei Legislatoris, quibus omnino adhaereo: qui vero illud in aliquo creato constituunt, loquuntur de eodem passive, seu participative spectato ex parte creaturarum. Et in hoc secundo sensu hic agitur de Jure naturali.

3. Q. I. An, & quomodo in creaturis datur Jus naturale? R. In omnibus creaturis datur aliquo modo Jus naturale. Ita docet S. Scriptura, quod scilicet Deus creaturis etiam irrationalibus posuerit praeceptum, & legem. Ps. 148. praeceptum posuisti, & non praevertit. Prov. 8. v. 29. legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. De hominibus evidenter probat Apost. Rom. 2. v. 14. cum enim gentes, quae legem (positivam) non habent, naturaliter eas, quae legem sunt factum, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex &c. ratio est, quia omnis creatura aliquid participat ex lege aeterna Dei, quatenus ex ejus impressione inclinatur in proprium actum, & finem: quo modo inclinando, & secundum inclinationem operando dicitur obedire legi aeternae, ergo.

4. R. 2. Jus naturale proprie tale datur in sola creatura rationali; in ceteris vero tantum improprie, & similitudinarie. Ita S. D. 1. 2. q. 91. a. 2. ubi solide probat, quod omnis creatura aliquo modo participet legem aeternam, & deinde subdit: & talis partici-

patio legis aeternae in rationali creatura lex naturalis dicitur. & ad 3. respondet: dicendum, quod etiam animalia irrationalia participent rationem aeternam suo modo, sicut & creatura rationalis: sed quia rationalis creatura participat cum intellectu, & rationaliter, ideo participatio legis aeternae in creatura rationali proprie lex vocatur; nam lex est aliquid rationis: in creatura autem irrationali non participatur rationaliter; unde non potest dici lex, nisi per similitudinem. S. Doctorem communiter sequuntur Theologi, Canoniste, & hodie Civiles, quibus utique lex aeterna, & naturalis melius est perfecta, quam Ulpiano. Ratio est, quia Jus naturale proprie tale est praeceptum commune, seu ordinatio rationis; ergo necessario dari, & recipi debet in tali subiecto, quod est capax rationis, libertatis, obligationis, & regulariter culpe ob transgressionem: sed sola creatura rationalis, non vero alia est subiectum, ut hic certum suppono, ergo, Confir. ex can. 7. d. 1. Jus naturale est commune omnium nationum; ergo non omnium creaturarum: & pr. In si quadrupes paup. sec. ex l. 1. §. 3. ff. eod. bruta dicuntur esse incapacia injuriae; ergo etiam incapacia sunt Juris legalis. Unde naturalis illa inclinatio, quam habent bruta, & aliae creaturae irrationales ad suos actus, tantum metaphorice, & improprie dicitur Jus naturale.

5. Obj. 1. Jus naturale non fuit promulgatum, ergo non datur. 2. Ulp. l. 1. §. 3. de Just. & Jur. & ex illo Imp. pr. h. 1. Jus naturale aequaliter agnoscitur in brutis, & homine: nam Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit; ergo in brutis datur Jus naturale saltem materialiter, seu ex parte actuum, quia bruta ex instinctu nature id faciunt, quod homo facere debet ex ductu rationis. R. ad 1. Jus naturale ab aeterno promulgatum fuit in Sapientia Divina, & decreto continentem omnes creaturas: in tempore vero per hunc synderesis promulgatur culibet venienti in lumen mundi, ut quisque homo in se experitur. Ad 2. Textus iste Ulpiani non verificatur: 1. De Jure naturali proprie, & formaliter spectato, quia bruta sicut rationis, ita quoque Juris, & praecepti sunt incapacia. 2. Non verificatur de Jure naturali passive adequate accepto pro inclinatione ad suum actum, & finem: sic enim dici deberet: Jus naturale est, quod natura omnem creaturam docuit. 3. Non verificatur de Jure naturali materialiter spectato, ut ea omnia, quae homo in parte sensitiva facere debet cum ductu, & moderamine rationis, bruta faciant ex solo impetu, & instinctu nature: nam dantur multa objecta Jure naturali prohibita, ut vagus concubitus, conjunctio cum parentibus, occisio innocentis, & alia, a quibus tamen bestiae ex solo instinctu nature non abstinunt. Ob quae fundamenta aliquid Ulpianium erroris arguunt, sed ob reverentiam Imperatoris, qui textum Ulpiani amplexus est, dicendum, ibi describit Jus naturale inadequate acceptum pro quibusdam inclinationibus notioribus a natura impressis, quatenus quaedam umbra Juris naturalis in actibus animalium reducitur, ut sunt maris, & feminae conjunctio, liberorum procreatio, & educatio. At Jus naturale proprie tale in sola creatura rationali dari probat textus S. 1. h. 1. ibi: quod ratio naturalis inter omnes homines constituitur.

6. Q. II. Quid sit Jus naturale proprie tale? R. est dictamen rationis ordinans creaturam rationalem in suum finem, puta precipiendo intrinsece bonum, seu consona rectae rationi, & prohibendo intrinsece mala, seu dissona rationi: cetera vero indifferentia permittendo. Ita com. TT. Canonist. & Recentiorum Legistarum cum S. D. 1. 2. q. 91. a. 2. & in 4. d. 33. art. 1. ibi; naturalis conceptio omni homini indita, qua dirigitur ad operandum convenienter, lex naturalis, seu Jus natura dicitur: ubi certum est S. D. loqui de Jure naturali non active ex parte DEI, sed passive ex parte creature spectato: uti etiam 1. 2. q. 94. a. 6. ubi docet legem scriptam in cordibus hominum esse legem naturalem, & indelebilem. Prob. 1. ex Rom. 2. v. 14. & seq. ibi: qui offendam opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. At qui conscientia testimonium reddens, cogitationes accusant,

eufantes, & defendentes nihil sunt aliud, quam naturale dictamen rationis discernens inter bonum, & malum, consonum, & dissonum naturae rationali; ergo per tale dictamen recte definitur Jus naturale passive ex parte creature spectatum. Idem docet Gajus l. 9. ff. de Just. & Jur. & Imp. §. 1. h. 1. ibi: quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur. Nec obstant sequentia verba: vocaturque jus gentium: nam Jus naturale frequentius in Jure vocatur Jus gentium, non quod a gentibus introducitur, sed quod omnibus gentibus a natura impressum sit, & omnes gentes eo utantur, ut ibi subditur, quasi quo Jure omnes gentes utantur.

7. Obj. 1. Imp. p. h. 1. definit Jus naturale per solum instinctum naturalem, quem natura omnia animalia docuit, in sequenti vero §. 1. & 2. affert definitiones Juris civilis, & gentium: ergo Jus naturale non consistit in dictamine rationis, sed in naturali instinctu communi hominum, & animalium. 2. Juxta Apost. Rom. 2. v. 14. ipse gentes sibi sunt lex, scilicet naturalis; ergo Jus naturale est ipsa natura rationalis, tanquam regula, cui conformandae sunt actiones humanae. R. ad 1. ne dicamus, quod Imp. omiserit definitionem Juris naturalis proprie dicti, necessario dicendum est, illud fuisse definitum §. 1. cit. ibi: quod naturalis ratio &c. Jus vero Gentium definitur seq. §. 2. esse illud, quod usu exigente, & humanis necessitatibus gentes sibi constituerunt. Ad 2. Natura rationalis tantum radicaliter est Jus naturale, quatenus est radix dictaminis naturalis, quod est participatio legis aeternae tanquam suprae regulae.

8. Q. III. Quomodo sit Jus naturale? Bachov. Schepcevin. Chlinsensp. & alii dividunt Jus naturale in primum, seu primum, & secundarium, quod ratio naturalis inter omnes homines constituit. Fundamentum hujus divisionis desumunt ex pr. & §. 1. h. 1. §. 3. l. 9. ff. de Just. & Jur. sed plerique DD. hanc divisionem rejiciunt, cum quibus.

9. R. 1. Jus naturale est utrum formaliter, seu quo ad convenientiam cum recta ratione: nam omnia praecepta Juris naturalis oriuntur ex uno originario, & universalis principio: declina a malo, & fac bonum, seu bonum est faciendum, & malum fugiendum; ergo Jus naturale est formaliter unum, & indivisibile in plures species. Dixi: formaliter, quia Jus naturale materialiter, seu ex parte materiae, & praeceptorum plures divisiones habet. Ex his rejicitur allata divisio: tum quia a neutro Jure traditur; textus vero in cit. Juribus eam minime evincunt, cum altam commodam interpretationem recipiant, ut patet ex dictis n. 5. ad 2. tum quia nulla solida ratio suadet, cur unum Jus naturale dicatur primum, alterum secundarium, vel cur inclinatio procedendi, aut educandi proles referatur ad Jus primum, & inclinatio, seu dictamen cognoscendi, colendi, & amandi Deum ad secundarium, cum posterior ista inclinatio sit prior, & firmior priori.

10. R. 2. Jus naturale ex parte materiae est triplex, 1. Versans circa bonum commune omnibus substantiis, in quantum quilibet res naturaliter appetit conservationem sui, & remotionem contrarii. Huc spectat conservatio vitae, seu sui esse, propulsio injuriae per vim illatae. l. 3. ff. de Just. & Jure 2. Versans circa bonum commune omnibus animalibus, quod pertinet maris, & feminae conjunctio, prolium susceptio, & educatio pr. h. 1. §. 3. Versans circa bonum propriam creaturam rationalis, quod pertinet cognitio, amor, & cultus Dei, reverentia erga parentes l. 2. ff. de Just. & Jure & omnis actus virtuosus saltem secundum rationem genericam, licet quo ad determinationem specificam saepe pendeat a lege positiva. Sic enim temperantia, & Religio sunt Juris naturalis: quod vero temperantia exerceatur v. g. per jejunium quadragesimale, & Religio v. g. per auditionem Missae, id habetur ex lege positiva.

11. R. 3. Jus naturale dividitur in Praeceptivum, quod praecipit bona facere, & mala fugere, & Permissivum, seu Conditionatum, aut Negativum, quod aliqua de se indifferentia permittit, non quidem absolute, sed conditionate, nisi justa causa boni communit contrarium suaserit. Sic natura culibet permittit

esse liberum, cum omni homini det liberum arbitrium; bona esse communia, quia spectata rerum natura non est ratio, quare iste ager sit potius tuus, quam meus. Sic etiam natura permittit jus venandi, piscandi, contractus celebrandi etiam cum alienigenis &c.

12. R. 4. Jus naturale praecipivum dividitur in praecepta Affirmativa, quibus bonum praecipitur, ut Deum colere, & Negativa, quibus malum prohibetur, ut Deum non odire, non furari &c. Inter haec praecepta notabilis est differentia; nam affirmativa obligant semper, non tamen pro semper, sed pro certo tempore, quo instat obligatio exercendi actus praepositos; ut amandi Deum, colendi parentes, dandi elemosynam &c. e contra negativa obligant semper, & pro semper, ita, ut nullo tempore liceat contrarium eis facere, uti sunt non furari, non mentiri &c.

13. 2. Negativa praecepta alia sunt pure prohibentia, quibus actus quidem vetatur, non tamen irritatur. Sic ligatus voto castitatis de Jure naturali illicitum contrahit matrimonium, atamen valide. Alia irritantia, quibus actus invalidus redditur. Sic pactum de actu turpi comprehendendo, contractus usurarius, & plura similia ipso jure naturali sunt invalida, ne scilicet Jus naturale, quod Divina Sapientia, & summa honestate nititur, ad aliquid inhonestum, & turpe obligare videatur. Porro discernere, quae objecta Juris naturalis sunt licita, quae illicita, & quae irrita maxime spectat ad illud lumen, de quo Psal. 4. Signatum est super nos lumen oculis tui Domine. Qua in materia duae ponuntur regulae: Prima dicens omne id, quod ad rectum creaturae rationalis statum, ac finem pertinet, licitumque esse expedire, de Jure naturali esse praecipit, graviter, vel leviter pro modo, quo magis, vel minus expedit, ejusque oppositum esse prohibendum. Sic quia veracitas, matrimonium, justitia necessariae sunt societati humanae, de Jure naturali sunt praecipita, & eis contraria prohibita, ut mendacium, luxuria, furtum &c. Secunda regula dicitur illud Jure naturali esse irritum, quod vel eandem principio substantiali ad valorem actus, ut si vendas vitrum pro gemma, vel in vendendo consensum non habeas, vel obligat ad aliquid turpe, & illicitum, aut continet in se turpitudinem perpetuam; qualiter non valet pactum de fornicando, contractus usurarius, matrimonium in primo gradu licite recte, & plura alia, quae non tantum in fieri sunt turpia, & illicita, sed etiam in suo usu turpitudinem continent, uti est commissio patris cum filia, exactio usurarum, eorumque detentio &c.

14. R. 5. Genera praepceptorum naturalium sunt tria: Sub primo genere continentur principia universalissima per se nota, ut declina a malo, & fac bonum. Item propositiones practicae per se notae, magis tamen determinatae; ut Deus est colendus, bonum publicum preferendum est privato. Sub secundo continentur propositiones, seu conclusiones practicae certo, & evidenter facili discursu ex primis principiis deductae: qualiter ex gemino praeecepto charitatis deducta sunt praepcepta Decalogi, excepta sanctificatione Sabbathi, quae quo ad determinationem diei est Juris positivi. Sub tertio continentur propositiones practicae remotae, & difficulter deducibiles, quae nec a viris doctis fat deprehendi possunt v. g. an licitum sit sequi sententiam probabilium, relicta probabiliori &c. Jam praepcepta primi, & secundi generis regulariter loquendo, invincibiliter ignorari nequeunt ab homine usu rationis praedito, nisi per accidens respectu alicujus simplicis occurrat aliqua specialis circumstantia, quae iudicium variare possit; sicut quandoque simplices cogitant licitum esse mentiri ad proximum liberandum, vel aliquid malum praevendendum. At praepcepta tertii generis etiam a viris piis, & doctis invincibiliter ignorari possunt, quatenus adhibita sufficienti diligentia, in certam notitiam deveniri nequit v. g. an contritio statim post peccatum sit elicienda? an Judex condemnare possit reum convictum, quem privatim scit innocentem? an matrimonium inter fratrem, & sororem Jure naturali valeat? &c.

15. Q. IV. Quae sint praecipua proprietates Juris naturalis? R. tres seqq. 1. Universalitas, & uniformitas in innoscendo, & obligando, quae aequaliter omni nationi innoscit, & apud omnes peraeque custoditur.

noditur. can. 7. d. 1. §. 1. 2. & 11. h. r. 2. Diver-
tio, & regula omnium aliarum legum, & Legislato-
rum: quia per l. 11. ff. de Just. & Jur. Jus naturale
semper equum, ac bonum est, & consequens quid-
quid contra illud statuitur, nullius est momenti. 3.
Perpetuas, & immutabiles, quia per can. fin. d.
6. & §. 11. h. r. Jus naturale semper, & ubique idem
manet, & immobile. Sed.

16. Q. V. An Jus naturale saltem in casu raro
mutari, vel a Deo dispensari possit? Ante resp. No-
ta legem dupliciter mutari posse: formaliter, & ma-
terialiter. Tunc lex mutatur formaliter, seu directe
in se, quando mutatio ipsam legem afficit, vel ex to-
to eam tollendo per cessationem, aut abrogationem,
vel ex parte eam relaxando per dispensationem, ne
ejus obligatio extendatur ad hunc, vel illum casum,
alioquin sub lege comprehensum. Tunc vero lex mu-
tatur materialiter, seu indirecte ex parte materia,
quando materia subducitur ab obligatione legis, hoc
est quando actus ponitur in illis circumstantiis, in qui-
bus lex nunquam se extendebat ad talem actum. Ca-
pe exemplum: Si Pape abrogaret legem jejunii qua-
dragiesimae, lex ista formaliter ex integro mutaretur;
si vero cum una, vel altera persona, alioquin potente
jejunare, dispenseret, lex ista mutaretur formaliter ex
parte. At si eveniat casus, quo infimus citra grave
nocumentum nequit jejunare, & abstinere a carnibus, lex
ista mutatur solum materialiter; quia materia subducitur
a precepto jejunandi, quatenus ejus obligatio nun-
quam se extendebat ad casum gravis infirmitatis. Ita
quoque distretendum circa preceptum audiendi Mis-
sam, recitandi Horas Can. &c.

17. R. 1. Jus naturale directe, & formaliter muta-
ri nequit. Ita com. contra paucos docentes Deum
dispensare posse in preceptis secundae Tabulae. Prob.
ex §. 11. h. r. ibi: naturalia Jura Divina quadam
providentia confirmata, semper firma, atque immuta-
bilia permanent, & can. fin. d. 6. in scholio ibi:
Naturale ergo Jus ab exordio rationalis creaturae in-
cipiens, manet immobile. Ratio est, quia objecta Jus-
tis naturalis fundantur in necessario dictamine Divi-
nae Sapientiae, & habent intrinsecam convenientiam,
vel disconvenientiam cum recta ratione increata, &
creata; ergo sicut necessarium dictamen Divinae Sa-
pientiae, & recta ratio mutari nequit, ita nec direc-
te, & formaliter mutari potest Jus naturale, sive ex
toto, sive ex parte per dispensationem. Argumenta in
contrarium plus non probant, nisi mutationem mate-
rialem, de qua in seqq.

18. R. 2. Jus naturale materialiter, & indirecte
mutari potest tantum quo ad illa precepta, quorum
materia subiecta est supremo dominio increato, vel
creato. Ita in ve com. Nam mutari legem materialiter
non est aliud, quam materiam actus poni in illis
circumstantiis, in quibus coonestatur, ut amplius non
flet sub obligatione legis: sed materia Juris naturalis,
que subest dominio Divino, vel creato, potest poni
in illis circumstantiis, in quibus actus coonestatur,
& amplius non continetur sub obligatione legis, ergo.
Prob. min. ab exemplis in vita nostra, corpori-
bus, & fortunis: & quidem 1. occisio innocentis est
prohibita Jure naturali; at in illa circumstantia, qua
Deus, tanquam Dominus vite, & necis, dat jus, &
potestatem in vitam innocentis, occisio ejus est licita,
ut habemus exemplum in Abraham, & Isaac Gen.
22. quia occisio innocentis in hac circumstantia nun-
quam continebatur sub precepto: non occides. 2.
Concubitus soluti cum soluta, vel ligata, polygamia,
dissolutio matrimonii, sunt Jure naturali vetita; at in
eo casu, quo Deus, tanquam Dominus corporum, dat
jus in corpus solute, aut ligate, vel jus in corpora
plurium femininarum, & jus irritandi priorem con-
tractum matrimoniale, jam omnia ista coonestantur,
& extrahuntur ab obligatione Juris naturalis; ut ha-
bemus exemplum in Olce accedente ad fornicariam,
in polygamia Patriarcharum, & libello repudiij. 3. Ab-
latio rei alienae vetita est Jure naturali; at in eo ca-
su, quo Deus dominium rei ab uno transfert ad al-
terum, ablatio ista fit licita; quia non est ablatio rei
alienae, sed vindictio rei jam suae; ut exemplo sunt
Hebraei auferentes vasa Aegyptiorum Exod. 11. v. 35.
sic in ceteris distretendum. Prob. 2. in materia sub-

jecta potestati humane: 1. In irratione, & relaxa-
tione votorum, juramentorum, matrimonij rati, pro-
fessionis religiosae, & aliorum contractuum: tenemus
enim ex perpetua traditione, & praxi Ecclesiae, quod
Christus Dominus pro suavi regimine voluntates, &
consensus fidelium in certis materiis subjecit suo in
terris Vicario Rom. Pontifici. Jam si Papa directe ir-
ritando consensum voti, aut juramenti, materiam sub-
ducatur a precepto naturali, indirecte tollit obligatio-
nem Juris naturalis, quia obligatio cadere non potest
super consensum irritatum, ceu materiam sublata,
& subductam a precepto naturali. 2. In ufucapioni-
bus, quia Princeps vi potestatis alter ob bonum publi-
cum transfert dominia ab uno ad alterum. Sic philo-
sophandum in omnibus illis, in quibus Jus humanum
alter disponit, quam Jus naturale, ut in contractibus
pupillorum, minorum &c. At si materia Juris natu-
ralis non subit potestati Papae, vel Principis laici,
non potest illam subducere a precepto naturali, & co-
onestare. Sic quia vita nostra, & corpora non sub-
sunt dominio Papae, aut Imperatoris, neuter eorum
potest reddere licitam occisionem innocentis, nec co-
onestare concubinarum, aut fornicationem &c.

19. R. 3. Jus naturale nec materialiter mutari po-
test quo ad illa precepta, quorum materia non pendet
a voluntate, & dominio Divino. Ita com. Nam talia
objecta ita sunt intrinsece mala, & subtrahi possunt
a circumstantia coonestari, & subtrahi possunt
a precepto naturali, cum semper retineant disformitatem
cum recta ratione. Talia sunt, odium Dei, heresis,
idololatria, perjuriu, mendacium &c. Sic enim nul-
la circumstantia excogitari potest, in qua odium Dei
fit licitum, cum semper recta rationi repugnet, Deum
summum, & infimum bonum odisse. Idem de ceteris
dic.

20. Obj. contra 1. Resp. 1. Jure gentium immuta-
tum est Jus naturale: nam servitutes sunt Juri natu-
rali contrariae §. 2. h. r. ut & divisio rerum can. 2.
dilectissimis. 12. q. 1. 2. Juxta Aristotelem 5. Eth. c.
7. Justum naturale aliquando mutationi est obnoxium;
& licet precepta universalis: bonum est faciendum,
malum fugiendum desicere non possint, tamen prece-
pta particularia posse desicere docet S. D. 1. 2. q. 94.
a. 5. ergo.

R. ad 1. Libertas, & communio rerum sunt Juri
naturalis, non preceptivi, sed permixti, & hoc mu-
tari posse docent aliqui DD. At re vera hoc prece-
ptum permixtum non mutatur formaliter, sed mate-
rialiter ratione subductae materiae: quia Jus naturale
pro circumstantia belli, violentiae, & perturbationis
publicae non extendit se ad libertatem, & communio-
nem rerum; adeoque nec positive concedit libertatem,
nec positive servitutum, sed ab utraque praedicat, &
negative se habet. Jam si bono publico expediat, Gen-
tes inducere possunt servitutes, & divisiones rerum,
quae Juri naturali contrariantur non positive, sed ne-
gative, quatenus Jus naturale pro his circumstantiis
positive non tribuit libertatem, aut communionem rerum.
Sic distretendum de jure venandi, piscandi,
contractus incendi &c. Ad 2. Philosophus, & S. D.
loquuntur de mutatione materiali, ut dictum est n. 18.
doctetque expresse S. D. loc. cit. mutationem istam fieri
per modum subtractionis materiae ab obligatione
Juris naturalis, & ponit exemplum ad 2. ibi: Unde
ad quaecumque mulierem aliquis accedat ex manda-
to Divino, non est adulterium, nec fornicatio: & ea-
dem ratio est de furto &c. Adhuc hic Studiosum
Juris, ut praesentem doctrinam de mutatione Juris natu-
ralis bene sibi imprimat; quia valet pro decidendis
gravissimis controversiis in utroque Jure. Vide meas
Disp. Jurid. Disp. 1. Com. 3.

21. Q. VI. Ad quid servat notitia Juris natura-
lis? R. servat ad plurima enodanda tum in S. Theo-
logia, cum etiam in utroque Jure. Duo specialia ac-
cipe: 1. Si casus aliquis non est decisis a Jure positi-
vo, vel circa illum jus obscure, & dubie loquitur,
pro interpretatione recurritur ad jus naturale, ut quam
minimum ab eo recedatur. arg. c. 29. de elect. leg.
27. Cod. de testam. leg. 2. §. 5. ff. de aqu. plu. ibi:
haec aequitas suggerit, est jure desicimur. 2. Si lis
moveatur inter summos Principes, deficientem jure gen-
tium, lis decidenda est ex jure naturali, non ci-
vili.

vili, cui neuter Princeps subicitur. arg. l. fin. ff. de
jurisd.

§. II.

De Jure Gentium.

22. Q. II. An deus, & quid sit Jus Gentium?
R. ad 1. affirmative: nam tale jus dari probat com-
munis existimatio gentium, auctoritas Doctorum, Hi-
storiconum, Jurisconsultorum, & Imperatoris, qui h.
r. & alias saepe mentionem facit Juris gentium: deni-
que suadet, & probat ratio; quia societas ex gentibus
congregata, ut communi felicitate gaudeat, necessario
regi debet aliquo Jure, fere omnibus gentibus commu-
ni; ergo datur jus gentium.

23. R. ad 2. jus gentium est, quod usu exigente,
& humanis necessitatibus, moribus gentium introdu-
ctum est, praecipiens consentanea gentibus qua talibus,
& eis dissentanea prohibens: Definitio ista est per se
clara, & desumpta ex §. 2. h. r. & l. 4. ff. de Just.
& Jur. ibi: quae res a jure gentium originem sumpsit.
Itaque 1. Causa efficiens hujus Juris sunt ipsae gentes
collective sumptae, & eadem gentes seorsum spectatae
sunt ejus subiectum; materiae sunt actus consentanei,
vel dissentanei, forma est preceptio, aut prohibitio,
& finis est communis felicitas gentium. 2. Jus gen-
tium non est species rigorosa Juris legalis, quia non
procedit a potestate legislativa, cum gentes non fa-
ciant unum populum, unam Republicam, neque u-
num Principem habeant; sed habet se instar pacti pu-
blici tacito consensu introducti, cujus proinde tota
obligatio descendit ex Jure naturali, sicut in aliis pactis
conventis. Dices: Imp. h. r. dividit Jus legale
in Naturale, Gentium, & Civile: ergo Jus gentium
est vera species Juris legalis: tum quia omnes gentes
habeant se sicut Republica Aristocratica. R. divisio-
nem istam sustineri saltem analogice, quia Jus gen-
tium multum simile est naturali, & civili, & aliquid
ab utroque participat. Ita Aristocratia temere, & sine
ullo fundamento fingitur; alioquin in Principibus, seu
Regibus non esset summa potestas.

24. Q. II. An Jus gentium sit totum positivum hu-
manum? Negant Ryffel, Scamb. Zoes, & alii afferentes
illud esse portionem Juris naturalis. Sed cum Gro-
to, Vitrari. Gledt., Franz. Reiff. Schmalz. Gonzal.
& aliis.

R. Affirmative. Prob. 1. Quod a gentibus intro-
ductum est, positivum humanum, cum gentes sint
homines, sed Jus gentium introductum est a gentibus
tantquam causa efficiente: nam usu exigente, & hu-
manis necessitatibus, gentes humanae jura quadam si-
bi constituerunt §. 2. h. r. ergo. Nec textus iste pati-
tur explicationem Adversariorum, quod gentes Jus na-
turale in exercitium deduxerint: nam interpretatio ista
est arbitraria, & violenta. 2. Jus gentium differre a
Jure naturali suadet auctoritas Imperatoris h. r. ubi in
Rubrica utrumque Jus discernit, & §. 2. eod. dicit ser-
vilitates a Jure gentium introductas, esse naturali Juri
contrarias. Probat etiam ratio: nam objecta Juris natu-
ralis sunt intrinsece bona, vel mala, determinata,
& immutabilia; & contra objecta Juris gentium sunt
arbitraria, a voluntate gentium pendencia, & mutabi-
lia; ut poterint introduci, vel non; ergo Jus gen-
tium non est idem cum naturali. Ant. illustratur ex-
emplis, nam 1. ut bellum solemniter denuncietur, ne
fontes, aut arva veneno inficiantur, ne per sicarium
subornatum hostis occidatur, ut bello capti in servitu-
tem redigantur, & alia similia a gentibus constituta,
non fundantur in necessitate naturae, nec natura posi-
tive illa dicitur, sed negative se habet, ut talia a gen-
tibus usurpentur, vel non: siquidem inspecto Jure na-
turali, hostis injustus invadi, & occidi potest quocum-
que modo de se fito. 2. Nulla necessitas naturae ju-
bet Legatos alterius gentis admittere, eisque publicam
securitatem prestare, cadaver alienigenae sepelire, com-
mercium cum aliis gentibus celebrare &c. ergo objecta
Juris gentium sunt arbitraria, non vero fundata in
necessitate naturae. Unde can. 3. d. 6. dicitur: Natu-
rale Jus ab exordio creaturae rationalis incipiens ma-
net immobile; Jus vero consuetudinarius, seu gentium,
post naturalem legem exordium habuit. Confr. ex S.

D. 1. 2. q. 95. d. 4. ubi Jus positivum dividit in gen-
tium, & civile, ac utrumque asserit esse humanum,
illud generalius; hoc particularius derivatum a Jure
naturali.

25. Obj. 1. Juxta §. 1. h. r. quod ratio naturalis
inter omnes homines constituitur, vocatur Jus gentium,
cujus exempla sunt: erga DEUM religio, ut parenti-
bus, & patriae pareamus, ut vim, atque injuriam propulsemus. l. 2. 3. ff. de Just. & Jur. sed haec omnia
conveniunt Juri naturali; ergo Jus gentium est idem
cum naturali. 2. Jus gentium est conclusio mediate,
& difficultus deducta ex jure naturali, facta suppositio-
ne societatis inter gentes, sicut suppositio servitutis,
& divisione rerum obedire domino est Jure naturalis, &
furtum est contra Jus naturale. 3. Foedera, pacta, &
contractus sunt Juris naturalis l. 1. ff. de pact. c. 1.
3. sed haec omnia revocantur ad Jus gentium §. 2. h.
r. ergo. 4. Quia natura permittit libertatem, haec est
Juris naturalis; sed facta suppositio belli, & rebel-
lionis, natura etiam permittit captivitates, & servitu-
tes, ergo & istae sunt Juris naturalis.

R. Ad 1. in eis §. 1. definitur Jus naturale, ut
supra dictum n. 5. 6. quod per catechismum vocatur
Jus gentium ab usu, quia omnes gentes eo utuntur.
Exempla allata pertinent ad Jus naturale, nisi vim vi
repellere, quod etiam brutis competit, referre velis ad
Jus gentium. Vera autem definitio Juris gentium est
illa, quam n. 23. dedi ex §. 2. h. r. Vel si per om-
nia definitionem ex §. 1. cit. accommodare velis Juri
gentium, dicendum est pro rationem naturalem intel-
ligi dictamen valde conforme Juri naturali, cui mul-
tum affine est Jus gentium. Ad 2. Dist. ant. deducta
necessario, neg. ant. contingenter, & arbitrare, conc.
ant. nam haec deductio: est bellum, ergo debent esse
servitutes, non est necessaria, cum in bello Christiano-
rum capti non sunt servi; neque necesse sit, ut in
quocumque bello capti sint servi capientium, nisi ita
fieri placeat gentibus. Secus accidit, suppositio servitu-
tis, & divisione rerum: tunc enim auferens alterum,
vel servus nolens obedire domino violat Jus dominij,
& potestatis dominicae, & conf. agit contra Jus natu-
rale dictans alterum ledere. Similiter etiam, suppo-
sito pacto tacite a gentibus inito, quo securitas Lega-
tis promittitur, bellum sine denunciatione solemnij, vel
cum armis venenatis inferri prohibetur: contra Jus
naturale est Legatos ledere, bellum sine denunciatio-
ne, vel cum armis venenatis inferre &c. At consti-
tuere Jus de ipsa securitate Legatorum, de bello so-
lemniter inferendo &c. non est Jure naturalis, sed posi-
tivi pro arbitrio gentium; cum bella licite inferri
possent, nisi nulla darentur securitas Legatis, & nulla
praecesserit denunciatio belli. Ad 3. Foedera, & con-
tractus sub diverso respectu ad diversa Jura pertinent:
nam solemnij petito foederum, & juste petitorum ad-
missio est Jure gentium; at obligatio servandi foedera
inita est Jure naturalis orta ex libero partium con-
sensu. Similiter contractus, quo ad libertatem, & se-
curitatem cum aliis gentibus contrahendis, sunt Jure
gentium quo ad solemnitates loci sunt Jure civilis,
aut canonici: & quo ad obligationem servandi & im-
plendi, quod convenitum est, sunt Jure naturalis. Ad
4. Dist. causal. quia permittit positive, scilicet tri-
buendo cuique liberum arbitrium, con. maj. tantum
negative, sicut servitutes, de quibus nihil disponit,
neg. min. sic enim Jus naturale permittit fieri leges
civiles, neque tamen istae sunt Jure naturalis. Dices:
non constat quando, & ubi gentes conveniant ad con-
stituendum Jus gentium. R. id non fuisse necessarium:
nam Jus gentium moribus, & usu, seu consensu tacito
introducitur est adinstar consuetudinarius arg. §. 2. h.
r. ibi: nam usu, & can. fin. d. 6. ibi: jus vero con-
suetudinarius &c.

26. Q. III. Quomodo sit jus gentium? Petrus Ve-
lez, Galbanus, Bachov. Schneidevini. Chling. & alii
dividunt Jus gentium in primarium, seu primum,
quod ratio naturalis inter omnes homines constituit;
& hoc asserunt idem esse cum Jure naturali: & secun-
darium, seu secundarium, quod usu exigente, & hu-
manis necessitatibus, tacito omnium fere nationum
consensu introductum est: & hoc asserunt esse positi-
vum humanum, a Jure naturali diversum. Sed hanc
divisionem rejiciunt DD. n. 24. cit. qui totum Jus
gentium

gentium identificant cum Jure naturali. At Grot. Gledle, & alii rejiciunt divisionem istam ex contrario fundamento, quia tenent totum Jus gentium esse mere positum humanum; adeoque nullam ejus speciem, seu partem identificari cum Jure naturali. Cum his.

27. R. 1. Jus gentium non dividitur in primum, & secundarium: nam divisio ista a neutro jure traditur: tum quia sicut jus naturale ab auctore nature, & secundarium a populo, ita jus gentium proprie tale a gentibus, eia causa efficiente introductum est; & conf. distinctum a jure naturali; ergo non bene assignatur jus gentium primum cum jure naturali identificatum. Quia vero de vocibus non libenter contendo, si jus naturale dirigens creaturam rationalem vis nominare jus gentium, per me licet; sed tunc erit jus gentium improprie tale ab usu, quia omnes gentes aequaliter eo utuntur: in quo sensu jus naturale debet etiam dici jus civile, quia omnis civitas aequaliter utitur jure naturali, quod ubique & semper equum, & bonum est l. pen. ff. de Just. & Jur.

28. R. 2. Jus gentium accidentaliter, & ex parte materie dividitur 1. In affirmativum, quo jubentur consentanea; & negativum, quo prohibentur dissentanea gentibus. 2. In approbativum, quod honestatem actui conciliat in foro externo, quam interno, ut jus Legatorum; & permissivum, quod prestat impunitatem in foro externo, ne malefactor puniatur, malitiam tamen sceleris non tollit. 3. In jus gent. stricte tale, quod mutuum, & communem gentium felicitatem concernit, & jus gent. late tale, quod plures gentes observant, non tamen cum ordine ad recipiendam, & communem gentium felicitatem: uti sunt constructio adium, munitio civitatum, occupatio sedium, seu divisio rerum, jus possidendi, plerique modi acquirendi dominium, celebratio contractuum &c. Ad jus gentium stricte tale spectant jus belli, jus Legatorum, inducia, federa pacis, commercia quaesiosa apud exteras gentes, servitutes, jus sepulture &c. Hoc jure, utpote in citato publico pacto fundato, obligantur graviter etiam Summi Principes; quia hi pactis, presertim publicis, de jure naturali stare tenentur.

29. Q. IV. An Jus gentium mutari possit? R. affirmative, non tantum ratione materie in aliis circumstantiis posite, sed etiam formaliter ratione sui. Ratio 1. quia jus non extendit se ad materiam subdistantem, seu in aliis circumstantiis positam. Unde si commercium cum aliqua gente, vel admisso Legatorum fieret noxia Reipublice, non cadit sub Jus gentium, utpote communi felicitati deserviens: secunda pars prob. ex reg. 1. in antiq. per quas causas aliquid nascitur, per eadem dissolvitur potest; sed jus gentium natum est ex communi consensu gentium, ut ante ostendi, ergo contrario sensu mutari, & tolli potest. Unde jus gentium cessare potest in affirmativis; ut si gentibus non placet admisso Legatorum, foederum, commerciorum, captivitas, seu redactio in servitutem, sicut fit inter Christianos, apud quod servitus fere exolevit. Item in negativis, quibus cavetur, ne bellum sine denunciatione inferatur, ne ficiarius ad occidentem hostem subornentur &c. Difficile autem, & fere morititer impossibile est, totum jus gentium abrogari; quia requireretur consensus omnium gentium consensus, qui moraliter sperari non potest.

30. Ex dictis colligitur convenientia, & differentia Juris gentium a naturali, & civili: nam 1. Jus gentium multum convenit cum Jure naturali in universalitate, conformitate cum recta ratione, diuturnitate, & immutabilitate; differt autem ab eo, quia Jus naturale conditum est ab Auctore nature, versatur circa objecta necessaria intrinsece bona, vel mala, etque simpliciter immutabile, ac necessarium ad finem ultimum nature rationalis; e contra Jus gentium conditum est a gentibus, habet objecta de se arbitraria, licet rationi naturali multum consona; non est immutabile, nec necessarium, sed valde utile ad finem creature rationalis. 2. Jus gentium convenit cum civili, quia utrumque est positum humanum; differt vero, quia Jus gentium est commune pluribus, aut fere omnibus gentibus, immediatius derivatur ex Jure naturali, taciteque pacto innititur: e contra Jus civile tantum uni civitati, seu populo datur, mediate descendit

ex Jure naturali per modum determinationis particularis, & nititur voluntate Principis, seu populi.

§. III.

De Jure Civili.

31. Q. I. Quid sit Jus civile in genere? R. 1. Esse illud, quod quisque populus ipse sibi constituit. §. 1. h. t. Seu est jus humanum a potestate politica certo populo latum ad commune illius bonum. Unde sicut civitates, & populi sunt diversi, ita quoque diversa sunt Jura civilia; ut atheniense, germanicum, boemicum, gallicum, hispanicum: romanum vero anonomastice significatur per Jus civile sine addito §. h. 2. t. quod etiam dicitur Jus Quiritium.

32. R. 2. Jus civile per comparisonem ad Jus naturale, est, quod neque in totum a naturali, & gentium recedit, neque per omnia ei servit: itaque cum aliquo addimus, vel detrahimus juri communi (hoc est naturali, omnibus hominibus communi) jus proprium efficiunt, seu civile. Ita Ulp. l. 6. ff. de Just. & Jur. Dicitur 1. neque in totum recedit &c. quia Jus civile, licet non sit idem cum naturali, tamen a naturali derivatur per modum particularis determinationis, vique obligandi habet ab eo. S. D. 1. 2. q. 95. a. 4. Ex quo patet non dari in rigore Jus mere civile: tum quia hoc in totum recederet a naturali, quod negat Jurisconsultus; tum quia omne jus positum fundatur in naturali, tanquam suo principio. Dicitur 2. cum addimus: tunc Jus civile aliquid addit naturali, dum id, quod Jus naturale dicitur in thesi, seu genere, determinat in particulari materia secundum exigentiam loci, temporis, & aliarum circumstantiarum. v. g. Jus naturale dicitur malefactores esse puniendos, Jus civile determinat modos puniendi per furcam, ignem &c. Dicitur 3. detrahimus: tunc Jus civile aliquid detrahit naturali, dum ei subducit materiam propter bonum commune, & non vult aliter valere actum, nisi cum certis requisitis, & solemnitatibus; seu dum summa potestas in materia sibi subiecta aliter disponit, quam Jus naturale; ut circa contractus pupillorum, minorum, circa testamenta, usufructiones &c.

33. Q. II. Quomplex sit Jus civile? R. 1. duplex: scriptum, quod expressa voluntate Principis, aut Reipublice constituitur: & non-scriptum, seu consuetudinarium, quod moribus populi, accedente legali consensu Principis introducit. §. 3. h. t. 2. Jus civile aliud est commune, quod totum populum obligat; aliud statutarium: quod certam partem populi obligat: & quidem si feratur pro una tota provincia, dicitur provinciale, si pro una civitate, seu municipio, dicitur municipale: si pro militibus, dicitur militare: si pro certis collegiis, dicitur Jus mercatorum, aurifabrorum, sartorum &c. Omnis alius Juribus civilibus, hic agitur de Jure civili romano. Unde.

34. Q. III. Quot sint species Juris civilis romanis? R. 1. Si Jus civile accipitur stricte, prout opponitur Juri honorario a Magistratibus lato, quinque sunt illius species: Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Placita, seu Constitutiones Principum, & Responsa Prudentum l. 7. ff. de Just. & Jur. At si Jus civile accipitur latius, prout sub se comprehendit Jus honorarium, additur ei sexta species, scilicet Edicta Prætorum, & aliorum Magistratum §. 3. h. t. Historiam de his speciebus tradit Pompon. l. 2. ff. de orig. jur. ubi utiliter legi poterit. Hic incidenter nota, actionem descendentem ex aliqua priorum quinque specierum, vocari civilem; uti est rei vindicatio, confessoria &c. descendentes vero ex Edictis Prætorum, & Magistratum, vocari Prætoriam, seu honorariam, uti est Publiciana, rescissoria, & alie, de quibus tit. de actionib. Jam singulas istas species definiamus.

35. R. 2. Lex est jus scriptum, quod Populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante, veluti Consule, constituebat. §. 4. h. t. ubi Imperator breviter causa omittit has particularis: jus scriptum, quæ per modum generis hic expunimur. Ratio hujus definitionis est, quia populus romanus, presertim, dum expulsi Regibus vixit in Democrazia, summam potestatem penes se retinuit, & congregatus in Comitibus

centuriatis (ita dictis, quod populus ex singulis centuriis unum suffragium haberet. Kahl.) rogabatur a Consule, vel alio senatorio Magistratu, an id, quod propositum erat, vellet legem esse, quo annuente facta est lex; ex eo dicta, quia coram toto populo, atque ex multorum consensu, ac sponsonne lecta esset. Hinc etiam lex vocatur commune preceptum, communis sponso l. 1. ff. de LL. Inde quoque nate sunt ille voces: lex rogatur, abrogatur, legi derogatur, surrogatur; quia populus rogabatur, ut legem faceret, vel veterem tolleret, vel aliquid illius articulum cassaret, aut alium ei substitueret. l. 102. ff. de Verb. Signific. Ex legibus, quas Reges, vel Consules a populo rogabant, vix aliquid restat. Celebres autem erant Leges XII. Tab. de quibus tit. præced. num. 3. & l. 2. §. 4. ff. de orig. jur. earumque fragmenta recenset Gothofr. Super his legibus facta est Disputatio fori, seu Interpretationes Prudentum, quæ communi nomine Jus civile dicebantur, erantque ordine temporis secunda species Juris civilis cit. l. 12. §. 5. ff. de orig. jur. licet Imp. §. 3. & h. t. Responsa Prudentum ultimo loco collocet. Eodem tempore ex Legibus XII. Tab. compositæ sunt actiones solemnes, quæ dicebantur Legis actiones, seu legitima actiones, ne populus pro placito eas inverteret. Unde lege agere, est agere in judicio ex formulis a lege institutis. Gothofr. in l. 123. ff. de reg. jur. Ex his patet 1. eodem tempore viguisse Leges XII. Tab. Interpretationes Jurisconsultorum, & Legis actiones, quas auxit Sextus Ælius, & librum populo dedit, qui appellatur Jus Ælianum. cit. l. 2. §. 6. 7. ff. de orig. jur. Patet 2. legem hic non accipi late pro quocumque jure scripto, consequentini opposito: quo sensu dicitur lex naturalis, Divina, Ecclesiastica, politica; neque accipi hic legem pro pacto, & conventionione privata; sicut contractus ex conventionione legem accipiunt. res. 85. in 6. sed pro jure scripto a toto populo Romano condito.

36. R. 3. Plebiscitum est jus scriptum, quod plebs plebejo Magistratu interrogante, veluti Tribuno constituebat. §. 4. h. t. nam plebs, dum ob arrogantiam, & credulitatem Senatus recessit a Patribus, jam in monte Aventino, jam in Janiculo habitans, ipsamet ad interrogationem sui Magistratus, seu Tribuni plebis, constituebat sibi certa jura, quæ dicebantur Plebiscita, a sciendo, seu sciendo dicta. Lexic. Calv. Quibus Plebiscitis cum Patrum teneri nolent, lata primum fuit lex Horatia, deinde Publicia, ac denique Hortensia, ut eo jure, quod plebs statueret, omnes tenerentur: atque ab eo tempore Plebiscita leges dicebantur; vel leges Tribunitiæ, ut Lex Acilia, Falcidia, Aquilia &c. quæ scilicet Plebiscita post legem Hortensiam vim, & summam auctoritatem legis acceperunt, ac si fuissent a toto populo in Comitibus centuriatis rogata.

37. R. 4. Senatusconsultum est Jus scriptum, quod Senatus jubet, atque constituit. §. 5. h. t. nam aucto populo Romano difficile erat eum convocare legis faciende causa l. 2. §. 9. ff. de orig. jur. atque ita transactis comitiis iusti Tiberii ex campo in Curiam Tacit. lib. 1. annal. cap. 15. non ambigebatur, Senatum leges facere posse l. 9. ff. de legib. l. unie. Cod. de Senatusconsultis; quæ idcirco dicebantur Senatusconsultum, quod ex consultatione Patrum staturerentur. Ex Senatus Consultis aliqua sunt anonima ut l. 1. & seq. ff. de usufr. ear. rer. inscribuntur sub nomine Consulibus unius, vel plurium, ut Senatusconsultum Claudianum, Libonianum, Orficiatum a Coss. Claudio, Libonio, Orficio &c. excepto Macedoniano, cui nomen dedit improbus frateror Macedo.

38. R. 5. Constitutio, seu Placitum est jus scriptum, quod Princeps, seu Monarcha romanus solus statuit, ac si a toto populo statureretur: nam quod Principi placuit, legis habet vigorem. §. 6. h. t. l. 1. pr. ff. de constit. Prin. seu Constitutio Principis tantam habet vim, & auctoritatem, quantum lex a toto populo lata; siquidem succedente Monarchia, quam incepit Julius Cæsar, & pacifice obtinuit Octavianus Augustus, populus Principi, & in Principem omnem suum imperium, & potestatem contulit Lege Regia cit. l. 1. quæ lex videtur in singulorum Imperatorum electione fuisse condita a Senatu transerente summam potestatem in Regem, seu Imperatorem. 2. Constitutionis tres sunt species: Epistola, seu Rescriptum, quod edit

Princeps ad subditorum consultationem, interpretando leges, & volendo responsum suum instar juris communis haberi l. 12. C. de LL. qualia Rescripta plurima sunt in Codice, Decretum, seu Sententia a Principe lata tam definitiva, quam interlocutoria, quam ipse jubet pro lege observari l. 1. §. 1. ff. de const. Prin. alioquin sententia etiam Principis non facit jus, nisi inter partes l. 2. C. de LL. Edictum, quod Princeps motu proprio statuit ad utilitatem, & honestatem subditorum. Habentur species istæ §. 6. h. t. l. 1. §. 1. ff. de LL. quibus adduntur Mandata Principum, quæ dantur Præsidibus ad gubernandas Provincias tit. C. de mandatis Prin. 2. Constitutiones alie sunt Legales pro toto populo, alie particularis, seu personales, vulgo privilegia, quæ pro certis personis dantur, & ad exemplum non trahuntur. cit. §. 6. h. t. l. 1. §. fin. ff. de const. Prin.

39. R. 6. Jus honorarium, ita ab honore Magistratum appellatum, est jus scriptum, quod ex jurisdictione cujuscumque inferioris Magistratus sua Edicta proponit, descendit. Prima, & nobilissima species juris honorarii est Jus Prætorium, seu Edicta Prætorum: altera species sunt Edicta Ædilium Curulium, scilicet curulibus vehi solitorum, de quibus vide Lexic. Calv. De aliis speciebus nihil certi constat. §. 7. h. t. Ex quo habes omne jus prætorium esse honorarium; sed non e contra, cum honorarium, tanquam jus latius pateat; licet hæc duo quandoque confundantur tum synecdochice usurpando genus pro specie, & e contra; tum quia Prætor in ampla significatione ponitur pro quocumque Magistratu, quatenus præsit aliis. Proprie autem Prætor fuit specialis Magistratus juri dicundo præfectus: alius Urbanus, qui jus urbanis dicitur: alius Peregrinus, qui causas peregrinorum judicavit. l. 2. §. 28. ff. de orig. jur. 2. Prætor singulari agnis proponebat Edicta, juxta quæ judicaret, ne suspicio oriretur, quod ex amore, aut odio jus diceret. Finito anno expirabat officium anuum Prætoris, ejusque edictum, donec jussu Adriani Imperatoris factum fuisset Edictum perpetuum a Salvio Juliano compilatum, vetita novorum Edictorum promulgatione. Edicta Curules erant speciales Magistratus, qui præerant domibus, incendiis, annonæ, venditionibus, simulabulque negotiis; & ex sua jurisdictione proponebant Edicta, quorum celeberrimum extat de morbidis, qui vitiosis animalibus, ac servis contra venditores, & in vicino non detecto vendebant. tit. ff. de adilit. Edict. Et aliud de cane, & verre &c. l. 41. eod. & §. 1. Inst. si quadrup. 2. Jus prætorium est, quod Prætor intra auxerum adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi Juris civilis gratia, propter utilitatem publicam. Ita Papinian. l. 7. §. un. ff. de Just. & Jur. nam publica utilitas exigebat, ut Prætores, & alii Magistratus vi suæ jurisdictionis determinarent ea, de quibus jus civile summa potestate latum clare, & specificè non disponebat; & ideo Jus honorarium viva vox est Juris civilis l. 8. ff. de Just. & Jur. Tunc autem Prætor adjuvat Jus civile, dum ejus dispositionem tueretur, & faciliore executioni mandat. v. g. agnati ex jure civili succedunt, quam successorem fovet, & adjuvat Prætor, dando agnatis bonorum possessionem. §. 1. In de bon. possess. Sic etiam adjuvat actionem civilem ex commodato. l. 1. ff. commodat. Tunc Prætor supplet Jus civile, dum illud ob æquitatem extendit ad casus omittos v. g. Jus civile agnatos admittit ad successorem, & de cognatis nihil disponit, quos tamen æquum est admittere ad successorem; & ideo Prætor dat eis bonorum possessionem per Unde cognati. §. 3. In. de legit. agnat. succ. Tunc Prætor corrigit Jus civile, dum generalitatem ejus restringit ob æquitatem; atque ita casus aliquos subducit, qui tamen videntur contineri sub generali textu Juris v. g. jure civili non potest hæres institui persona incerta, & tamen Prætor posthumo extraneo heredi instituto dat bonorum possessionem, licet videatur esse persona incerta §. 1. Inst. de bonor. possess. Ita quoque Prætor ex æquitate concedit actionem Publicianam, rescissoriam, quæ mens causa, & plures alias, quæ de rigore juris non essent concedendæ. Ne tamen hac doctrina male intellecta decipiari, scito eam procedere in eis tantum, quæ expressa, & claro Jure civili non sunt decisa: at si jus civile sit clarum, & specificum, Prætor nequit illud

illud corrigere, vel mitius interpretari, licet sit strictum, & rigorosum l. 1. C. de LL. quia inferior legem Superioris mutare, vel contra eam jus dicere non potest.

40. R. 7. Responso Prudentum sunt sententia, & opinio eorum, quibus penitus erat de jure respondere. §. 8. h. t. l. 2. §. 5. 6. ff. de orig. juris, seu sunt jus scriptum descendens ex interpretatione Jurisconsultorum, & communi nomine appellatur jus civile. Ceterum licet Jurisconsulti super dubiis Legum XII Tab. in Democratia, & Aristocratia Romana plurimum interpretati sint, tamen responsa eorum vim plenam Juris non obtinebant, donec ab Augusto, Tiberio, & aliis Imperatoribus acceptissent potestatem authenticam interpretandi leges, ita ut ab eorum sententia, & interpretatione Judici recedere non liceret. §. 8. h. t. l. 2. §. 47. v. Massurius Sabinus. ff. de orig. jur. An vero omnia Jurisconsultorum sententia concordare deberent ad hoc, ut haberent vim Juris, incertum est: affirmat Myning, ex §. 8. h. t. ibi: quorum omnium sententia &c. sed credibile est etiam unius Jurisconsulti responsum vim legis habuisse, ut insinuat cit. l. 2. §. 47. ibi: ergo Sabino concessum est a Tiberio Cesare, ut populo responderet. Hec de speciebus Juris Rom. Cetera de legibus, rescriptis, consuetudine, & privilegiis tracto in Jure canonico suis titulis. Hic adhuc aliqua resolvenda sunt de Jure statuario, de Juris, & facti ignorantia.

41. Q. IV. Quae specialia sunt circa Jus statutarium? R. 1. Municipia regulariter non possunt statuta ferre, quia tota potestas translata est in Principem l. 1. ff. de cons. Princ. nisi pollerent jurisdictione specialiter a Principe concessa, vel per consuetudinem acquista. Nec obstat l. 9. ff. de Just. & Jur. nam procedit de populo libero, penes quem est summa potestas.

42. 2. Statuta per se non debent esse Juri communi contraria, quia inferiori in Superiorem non est auctoritas. l. fin. ff. de colleg. & corp. nisi Princeps id concedat, & suo consensu approbet: quo sensu procedit l. 21. in fin. ff. ad municip. l. 3. §. plane. ff. quod vi aut clam.

43. 3. Jura, quae conduntur pro toto Imperio, ut in Camera Imperiali, non sunt statuta provincialia, sed Jura civilia Imperialia, & communia, utpote a summa potestate lata. Similiter Jura, quae conduntur ab Electoribus, & Statibus, & Civitatibus immediate Imperio subiectis, nullumque in suo territorio Superiori recognoscuntibus, sunt propria Jura civilia pro tali territorio; & a fortiori auctoritatem Juris civilis obtinent jura edita pro toto regno v. g. Bohemiae, licet unum sit Imperio; dicunturque Leges Regiae, quia a Regia potestate conduntur. Solent tamen per comparationem ad Jus commune Romanum vocari Jura provincialia.

44. 4. Ad Jura statutaria referuntur etiam Jura gentilitia, seu familiaria, quae sunt pactis illustrium familiarum, accedente consensu Principis; uti majoratus, primogeniturae, fideicommissa, expectative ad successionem feudi, Jus, seu pactum Confraternitatis, quo convenitur, ut haeredibus masculis ex una familia deficientibus in bona, & principatus succedant masculi alterius familiae pacifcentis: qualia pacta dicuntur intervenisse inter Reges Bohemiae, & Archiduces Austriae &c. Jus, seu pactum Confederationis, quo illustres familiae conveniunt ad mutua defensionem praestandam contra latrocinia, seditiones, & hostiles incursus, transigunt obligatio ista utrinque ad haeredes. Talis confederatio inter Regnum Bohemiae, & Domum Saxoniam confirmata est 1587. 24. Octobr. Schrader, & alii. Ganerbinatus, quo familiae non tantum illustres Principum, sed etiam inferiorum nobilium conveniunt super mutua defensione, & successione in casum deficientiae, si una familia extingueretur. Viguit Ganerbinatus potissimum eo tempore, quo exercebantur Jus manuarium.

45. Q. V. Quid sit Juris, & facti ignorantia? R. 1. Ignorantia Juris est, dum lex ipsa, seu id, quod Juri est, ignoratur; ut si ignores consanguineum admitti ad successionem, contractum pupilli, vel minoris non valere sine auctoritate tutoris, aut curatoris &c. Ignorantia facti est, dum lex scitur, sed id, quod

contingit in actu ignoratur; ut si ignores consanguineum tuum mortuum esse, vel illum, cum quo contrahis, esse minorem, vel illum, ad quem accedis, esse conjugatam, vel illum, quem percutis, esse Clericum. Vide exempla l. 1. ff. de Jur. & Facti ignor. 2. Utraque ista ignorantia est duplex: Vincibilis, seu culpabilis, quae adhibita diligentia vinci potuit, & debuit. Invincibilis, seu inculpabilis, quae possibili diligentia adhibita, hic & nunc vinci non potuit; adeoque vocatur probabilis, quia probari potest eum immunitis a culpa; sicut prior vocatur improbabilis, quia probari nequit ut immunitis a culpa. Rursum vincibilis alia est affectata, seu directe volita, & directe voluntaria, dum quis facile potest, & non vult scire; alia vero communiter vincibilis, seu indirecte voluntaria, dum quis sufficientem diligentiam omittit ad inquirendam veritatem.

46. R. 2. Ignorantia Juris naturalis raro excusat a peccato, nisi per accidens respectu simplicium; ut si quis judicaret licitum esse mendacium ad liberationem proximi a malo. 2. Ignorantia Juris Divini post Evangelium sufficienter promulgatum, raro excusat, quia in hominibus plerumque est negligentia in confidendis praeceptis Christi Domini, de quo plura TT.

47. 3. Ignorantia Juris humani plerumque non excusat. reg. 13. in 6. nam jus omnibus promulgatum, debet, & praesumitur ab omnibus sciri, ejusque ignorantia culpe adscribitur, nam Constitutiones Principum nec ignorare quemquam, nec dissimulare permitimus. l. 12. C. de Jur. & Facti Ignor. Si tamen sit ignorantia invincibilis, excusat pro foro interno; at pro foro externo non aliter, nisi legitime probetur; ut si quis tempore promulgatae legis vit absens, si argutus, & senibus desitutus.

48. 4. Si lex sciantur, & Ignoretur poena, probabilis ignorantia ista non excusat a poena. Ita communiter sententia praxi firmata. Nam qui vit delictum lege prohibuit, vit etiam saltem indirecte poenam tali delicto annexam; siquidem volens antecedens, vit etiam consequens ei conjunctum. Et hoc voluntarium indirectum in malis, & poenis sufficit, nec semper requiritur voluntarium directum. Sic enim peccatores puniuntur poena aeterna, sur suspenduntur, beneficiatus ob simoniam realem beneficio privantur, etiam ignoraverint has poenas. Oppositum tenent Joan. Andr. Clar. Navar. & alii pro casu, quo quis scivit actum esse prohibuitum Jure communi, sed ignoravit speciale poenam statuto loci constitutum.

49. R. 3. Ignorantia Juris in lucris, & compendiis non prodest. l. 7. ff. de Jur. & Facti Ignor. & ideo error Juris non prodest ad usucapionem l. 4. eod. ad hereditates, contractus &c. Minori tamen non nocet error Juris etiam in acquirendo, ut in hereditatibus l. 2. & 11. C. eod. uti nec militibus, quibus permittitur ignorare Jus. l. 1. C. & l. 9. §. 1. ff. eod. Mulieribus, & rusticis ignorantia prodest in compendiis, non in sum amittant, raro in compendiis, ut acquiritans. l. 8. ff. & l. fin. C. eod. Certantibus de damno vitando regulariter ignorantia Juris non obest, ita suaevante aequitate. l. 8. ff. eod.

50. R. 4. Ignorantia facti alieni, modo non sit crassa, aut supina, non nocet, si in damno vitando, si in lucro captando l. 9. §. 2. ff. l. 7. 8. 9. C. de Jur. & Fac. Ign. nam talis ignorantia est probabilis, & plerumque etiam prudentissimos fallit. l. 2. ff. eod. modo non sit crassa. l. 6. eod. 2. Ignorantia facti proprii est improbabilis, quia quisque praesumitur scire id, quod facit. Unde non prodest in compendiis, seu lucris captandis l. 7. ff. ad Senatusconsult. Vellei. certantibus tamen de damno vitando non nocet. l. 22. ff. de condit. indob. ubi solvunt, quod non debuit, conceditur conditio indebiti. l. 10. C. de Jur. & Fac. Ignor. Speciales constrictae de ignorantia in particularibus materiis suis locis resolvuntur.

Connexio Praecedentium, & Consequenium.

Hactenus in his duobus titulis actum est de Prolegomenis, & principiis legalibus Jurisprudentialibus; nunc gradatim descenditur ad illius objecta materialia; scilicet, personas, res, & actiones. Et quia per se reliquis praecedunt, primum Imperator acturum se pro-

se promittit de personis, puta privatis: nam parum est Jus nosse, si personae, quarum causa constitutum est, conjugentur. §. fin. h. t. Agitur proinde a tit. 2. usq. ad 7. de prima divisione personarum in liberos, & servos, ingenuos, & libertinos.

TITULUS III.

De Jure Personarum.

Agitur de hac materia in Pandectis lib. 1. tit. 3. 1. Per Jus personarum intelligitur hic Status hominum, sicut tit. ff. de Statu hominum, seu personalis capitis qualitas, & conditio legalis a Jure gentium, & civili introducta, qua statum in societate humana: cujusmodi qualitates sunt: Libertas, Civitas, & Familia. De conditione naturali, secundum quam aliquis est mas, vel femina, infans, puer, aut vir, nullus notis hic sermo, quia secundum hanc omnes homines ejusdem sunt ordinis, & status, solo sexu, & aetate diverfi.

2. Q. I. Quae sit prima, & adequata divisio personarum? R. In liberos, & servos, pr. h. t. ex l. 3. ff. de Statu hom. Summa itaque divisio de Jure personarum haec est, quod omnes homines, aut liberi sum, aut servi: nam in statu hominum aliqui nullius dominio sunt subiecti, & hi vocantur liberi, alii contra naturam alieno dominio subiacent, & hi sunt servi: ergo divisio ista est prima: & quia tertium genus hominum ab his duobus distinctum non est assignabile, etiam divisio ista est adequata. Dices: 1. In de Libertis, & l. 4. ff. de Just. & Jur. tria hominum genera esse caperunt: Liberi, & hi contrarium servi, & tertium genus libertini. 2. Statuliberi, qui statutum, & destinatum in tempus, vel conditionem libertatem habent, mediant inter Liberos, & servos, quia aliquid ab utriusque participant. arg. l. 1. ff. de Statuliberis. R. ad 1. ibi tria subdivisionem personarum: nam Liberi in genere dividuntur in Liberos specificos, seu ingenuos, & in libertinos, & hoc modo tria sunt hominum genera. Ad 2. Statuliberi ante eventum temporis, aut conditionis sunt servi; & ideo ancilla statulibera patiens, parit servum. l. 9. 16. ff. de Statulib.

3. Q. II. Quid sit libertas juridica, & unde oriatur? R. 1. est naturalis facultas ejus, quod cuique facere liber, nisi si quid vi, aut Jure prohibetur §. 1. h. t. adeoque liber est, qui pollet naturali facultate quilibet agendi. Dicitur 1. Juridica, quia hic non agitur de libertate theologice spectata pro indifferentia ad utrumlibet, qualis libertas etiam servo competit, sed de libertate legali, prout statum constituit. Dicitur 2. naturalis, quia potestas ista prima, & principaliter datur a natura conferens civitatem liberum arbitrium l. 4. ff. de Just. & Jur. Dicitur 3. 17. aut Jure: nam vis, cum sit facti, non tollit libertatem, quae est juris: ut si quis liberum hominem vinculis constringat. Jure vero prohibitio non impedit, sed dirigit, & pericit libertatem; imo Jure prohibita, cum honeste fieri non possint, in Jure censentur impossibilia, ad quae non datur facultas. l. 15. ff. de condit. instil. ibi: quae contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est.

4. R. 2. Modi, quibus libertas inducitur, sunt tres. 1. Naturae, quae permittit hominem esse liberum. l. 4. ff. de Just. & Jur. Ex Jure gentium; per manumissionem, & ex Jure Civ. sine manumissione, dum quis ipso facto ex servo fit liber, ut infra dicitur ex tit. ff. qui sine manumiss.

5. Q. III. Quid sit servitus legalis, & unde oriatur? R. 1. Est constitutio Juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiacetur. §. 2. h. t. adeoque servus est, qui dominio alieno contra naturam subiacetur. Dicitur 1. legalis, ut excludatur servitus naturalis, quae creatur Deo, liberi parentibus, subditi suo Superiori subiacentur; item ut excludatur servitus accepta pro Jure reali, quod quis habet in praedio alieno, de qua agitur tit. de Servitutibus. Dicitur 2. constitutio metonymice, hoc est subiectio constituta principaliter a Jure gentium. l. 4. ff. de Just. & Jur. Dicitur 3. contra naturam, tum quia natura quilibet permittit esse liberum; tum ut servitus legalis differat a subiectione naturali, quae juxta naturam est.

6. R. 2. Servitus inducitur tribus modis: 1. Captivitate ex Jure gent. dum victi in bello capiuntur, ob quod dicuntur mancipia, & servi, quia servati sunt, cum occidi poterant. 2. Venditione ex Jure Civ. dum major 20. annis ad pretium participandum se venditari passus est, ob quam improbitatem Jus sustinet talem venditionem: ut si quis fingat se servum alterius, & ab eo patiarum se vendi emptori ignoranti, ut ex pretio venditionis aliquid accipiat. 3. Nativitate, dum quis ex ancilla nascitur: quod enim ex ventre meo nascitur, meum est. §. 10. de Res. Divis: Ita hic habetur §. 9. 4. h. t. ex quo patet servos aut nati, aut fieri per captivitatem, aut venditionem sui ipsius.

7. Q. IV. Quae sit divisio Servorum, & liberorum? R. 1. Servi quo ad conditionem status non dividuntur: nam in servorum conditione nulla est differentia §. fin. h. t. cum omnes eandem servitutum serviant. At quo ad officia, & munera dantur diverfi servi, balnearios, librarii, histriones, symphonicia, palestrite l. 15. §. 1. ff. de usuffr. item alii ordinarii, alii vicarii, qui aliis servis ex mandato domini deferunt, & sunt in peculo eorum. l. 17. ff. de peccato l. 75. in fin. ff. de legat. 3. l. 19. §. fin. ff. de noxalib. action.

8. R. 2. Liberi dividuntur in ingenuos, & libertinos §. fin. h. t. nam libertas quibusdam competit a natura, & hi ingenui sunt; quibusdam ex beneficio manumittentis, & hi libertini vocantur. De ingenuis agitur leg. tit. 4. & de libertinis tit. 5.

9. Hic adde servitutem legalem ob favorem fidei, & reverentiam nominis Christiani, Jam fere expiatae apud Christianos; & licet hi apud Turcas in bello capti, sunt servi captivitatis, tamen in sua patria censentur liberi, omniumque Jure capaces: Datur autem apud Christianos subiectio minoris quo ad operas domino praestandas, scilicet servitus adscriptitia, & originaria. Adscriptitii liberi sunt, qui glebae colenda adscribuntur, seu qui praediis colendis detrahunt. Originarii, qui ex Adscriptitiis nascuntur. Item servi censiti, qui, non operas, sed censum, seu pensionem domino praestare debent l. 20. 21. C. de agricol. & censu, ubi de his plura legi possunt. Hi omnes, quo ad statum sunt liberi, & bona propria habent: Juribusque civilibus gaudent in officiis, testamentis, contractibus &c. a gleba tamen recedere non audent, cum sint pars praedii; ita ut a domino alienari, locari, piguari dari possint. Struv. Manz. 2. Natus ex libera, & adscriptio, seu inscriptio fit liber, & ingenuus secundum conditionem matris; a praedio tamen non recedit ad praedium alienum colendum, nisi fiat dominus possessionis propriae; at natus ex adscriptitia, fit omnino inscriptitius. Si mulier inscriptitia nupta fit inscriptio alterius domini, parvis in numero impari sequitur matrem, in numero pari matrem, & patrem; ita ut electio a dominis facienda pro forem dirimatur. Unde si una est proles, ista spectat ad dominum matris, si tres, duae ad dominum matris, & una ad dominum patris; si quatuor, duae ad dominum matris, & duae ad dominum patris spectabant. Ita disponitur in Nov. 162. c. 2. Tandem natus ex adscriptio, & ancilla, vel ex adscriptitia, & servo, matris conditionem sequitur. l. 21. C. de Agricol. & censu.

TITULUS IV.

De Ingenuis.

Agitur de hac materia tit. ff. de Statu hom. 1. Q. I. Quis dicatur ingenuus? R. ille, qui statim ut natus est, liber est. pr. h. t. supple. modo natus sit ex ventre libero. l. 5. §. 2. de Stat. hom. nam fieri potest, ut dominus partum ancillae utero elusum manumittat, matre relicta in servitute: quo casu partus liber nascitur, non tamen ingenuus, sed libertinus, Unde ut quis sit ingenuus, nasci debet ex matre libera, sive deinde nascatur ex ingenuo, & ingenuus, sive ex ingenuo, & libera, sive ex liberto, & libera, sive ex libera, & servo, sive infra, sive extra matrimonium. pr. h. t. ex quo deducitur tria illa regula: partus sequitur ventrem, puta quo ad conditionem

TITULUS V.

De Libertinis.

rum status libertatis, & servitutis, e. un. de natis ex lib. v. r. l. 5. §. 2. ff. de stat. hom. Ratio est, quia status definitur debet a principio certo: mater autem semper est certa, pater vero incertus: tum quia mater plus materie corporalis ministrat proli, quam pater, plique ita prodit trino tempore conceptionis, intermedio, & natiuitatis, ergo equum est, ut proles quo ad conditionem status sequatur matrem, est haec vulgo conceperit, seu extra matrimonium: quia non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre est. cit. l. 5. §. 2. ff. de stat. hom. Unde natus ex matre libera, & parte seruo, vel vulgo quæsitus, & matre libera natus, est simpliciter ingenuus.

2. *Obi.* 1. Liberi sequuntur patrem l. 19. ff. de stat. hom. l. 1. §. 2. ff. ad municipali. c. 2. de con. jug. Servor. 2. Natus ex matre ancilla sit liber propter liberatam patris. l. 1. §. 1. ff. de statu. & legi. l. 1. §. 3. ff. ad Senatus Consult. Terryll. l. 14. C. de fideicom. liberat. 3. Calamitas parentum saepe nocet proli. l. 5. C. ad l. fil. Mat. l. 2. v. filii. C. de liber. & con. liber. l. fin. C. de seruo. factio. 4. Ingenua parit ingenuum, ancilla, seu serua seruum, ergo citam libertina parit libertinum.

Re. ad 1. Filius est legitimus natus, quo ad originem, familiam, nobilitatem, forum, seu domicilium, seu quo ad statum politicum sequuntur patrem; ac quo ad conditionem libertatis, & servitutis sequuntur matrem. cit. c. 3. Secundum consuetudinem, & legem Langobardorum paritur sequatur conditionem patris. Gonz. ibid. & talis casus excipitur a Jurisconsulto l. 24. ff. de stat. hom. ibi: nisi lex specialis aliud inducat. Ad 2. Mater illa non fuit simpliciter ancilla, sed statu libera, & quia passa est moram in manumissione, fingitur post manumissionem peperisse, & ita partum ingenuum edidisse. Ad 3. Nocumentum illud non oritur ex natalibus, sed ex aliis iustis causis, v. g. propter delicta atrociora parentum. Ad 4. neg. confesio, nam libertinitas non habetur ex natiuitate, sicut ingenuitas, & servitus, sed ex manumissione.

3. *Q. II. Quo tempore mater debeat esse libera, ut partus sit liber, & ingenuus?* Re. sufficere uno ex tribus, vel tempore conceptionis, vel intermedio, vel natiuitatis. Ita pr. h. t. l. 5. §. 2. ff. de stat. hom. nam favore libertatis qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quousque de commeditur ipsius partus queritur. l. 7. ff. eod. sed si partus natus fuisset tempore, quo mater fuit libera, fuisset omnino liber, ergo liber est quandocunque nascatur, dummodo mater saltem uno momento fuerit libera uno ex his tribus temporibus. Unde ex rescripto Adriani Imp. libera, que praegnans ultimo supplicio damnata est, quo casu facta fuit serua poena, liberum parit. l. 18. ff. eod. Dices: l. fin. C. de liber. caus. referat Constantini placuit eos, qui nascuntur matrum conditionibus, uti, quarum mox obierunt, expunantur, ergo tempus natiuitatis spectari debet. 2. Habitibus extremis de medio non curatur gloss. in l. 16. v. Constantini. C. de probat. ergo si mater est ancilla tempore conceptionis, & natiuitatis, parit seruum, esto fuerit libera tempore intermedio. Re. ad 1. lex ista procedit de causa liberali, ut nati ante litem motam suo nomine venient ad iudicium liberale; nati vero post litem, matris fortunam sequuntur: quia si matris status incertus est, etiam status liberorum incertus erit. Ad 2. In multis praesertim favorabilibus mediis curatur, est, etiam status liberorum incertus erit. Ad 2. In multis praesertim favorabilibus mediis curatur, est, etiam status liberorum incertus erit.

4. *Q. III. Pro quali sit habendus, qui fuit paritarius serui, & manumissus est?* Re. pro libero, & ingenuo. §. fin. h. t. cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in seruitute fuisse, & postea manumissum esse: nam aliud est in seruitute, aliud seruum fuisse: illud facti, hoc iuris: sed seruitus de facto, & manumissio de iure, & non de iure facta non potest tollere statum ingenuitatis, qui de iure est, ergo licet ingenuus per errorem, aut malitiam alterius, sit in seruitute, & manumittatur, tamen re ipse neque sit seruus, neque libertinus, sed manet ingenuus qui seipsum constitutum est naturalibus non efficitur manumissionem §. fin. h. t.

TITULUS V.

De Libertinis.

Agitur de hac materia in Pandectis lib. 40. r. 1. & seq.

1. *Q. I. Quis dicatur libertinus?* Re. qui ex iusta seruitute manumissus est. pr. h. t. Dicitur iusta, hoc est vera, & de iure introducta: nam si seruitus fuit iniusta, de facto, & putative talis, manumissio non officit ingenuitati, nec facit libertinum ut dictum est ante ex §. fin. de ingenuis. Discrimen inter liberum, & libertinum hoc communiter assignatur, quod manumissus comparatue ad dominum ut patronum dicitur libertus, absolute vero quo ad suum statum libertinus. Zoës tamen dicit olim illos fuisse libertinos, qui ex manumissis progeniti erant; ingenuos vero, quorum maiores nunquam erant seruituti subiecti.

2. *Q. II. Quibus modis & seruitute pervenitur ad libertatem?* Re. duobus: 1. Manumissione a Iure gentium introducta, que est manu dario, seu concessio libertatis a domino facta. pr. h. t. nam seruitus est manus, & pœlari suppositus & manumissus liberatur pœlari. ibid. 2. Iusto iure, & facti iure manumissione, dum Jus ob certas causas vult seruum fieri liberum, eujusmodi casus enumerantur tit. ff. qui sine manumissione ad libertatem perveniunt, ut si servus venditus est cum conditione, ut intra certum tempus manumitteretur, dummodo ulque ad illud tempus venditor perseveret in eadem voluntate, lapsa autem tempore mutatio voluntatis non obstat libertati: quo sensu conciliantur l. 1. & 3. d. 1. & l. 3. ff. de seruis export. Item servus, quem pro derelicto domino habuit, qui necem domini detexerit, qui venditus est, ne prostituere, & prostitutus est a domino, vel voluntate eius ab alio l. 2. §. 6. 7. ff. qui sine manu. ubi plura vide in text. & in tit. C. pro quibus causis. ubi pro premio accipit libertatem, qui strenue probaverit necem sui domini, qui monetarios monetam adulterantes, vel raptorem virginis, aut desertorem militiae detexerit.

3. *Q. III. Quomodo, & qua forma fiat manumissio?* Re. quatuor modis: 1. In Ecclesia coram Antidote, & plebe. l. 1. C. de his, qui in Eccl. manum. que manumissio fuit actus solemnis pietatis, in scripturam domino manumittente signatam referri solent. 2. Vindicta, seu per vindictam: que manumissio fiebat solenniter apud Magistratum, ut Praetorem, vel Consularem, coram quo dominus seruum in gyram agens, & colaphum eidem infligens, atque ita percussum a manu dimittens, formulam addebatur. Hinc hominem liberum esse volo. Quo facto liber virgula, quæ vincula a vinculo seruo ita manumissio dicebatur l. 2. §. 24. ff. de iur. iur. caput serui percussit. Exempla habes in tit. ff. de manumissis vindicta, & in C. de vindicta libertatis. Alii vindictam libertatis deducunt a vindice seruo Bruti, qui primus hoc modo manumissus fuit. l. 2. §. 24. ff. de iur. iur. Porro quia iurisdicchio huic manumissioni praestanda, est voluntaria, & non contentiosa, Praetor eam praestare potest extra locum iudicii v. g. in transitu ad balneum, aut theatrum §. 2. h. t. imo si dominus est Praetor, aut Consul, apud semet ipsum manumittere valet, ut & tutor servos pupilli l. 1. §. 5. ff. de manum. vind. ex quo nascitur illa regula: iurisdicchio voluntaria non est ad distinctionem personalem inter eum, a quo, & cui auctoritas praestatur. Sic Superior, qui dispensare potest cum subditis, etiam directe cum se ipso dispensare potest. 3. Testamento, dum testator ultima sua voluntate iubet seruum esse liberum, de quo vide tit. ff. de manumissis testam. & in C. de testamentar. manum. Potest autem testamentum dari libertas, vel directam, dum immediate ipse testator eam per se dat v. g. Sejus liber esto, vel fideicommissariam, dum testator heredem rogat, ut seruum manumittat v. g. Titium heredem meum rogo, aut mando, ut Sejum manumittat. Priori modo fit libertas omnis hoc est relictoris, qui more Gentilium dicitur post mortem transire ad eorum; posteriori modo fit libertas heredis manumittentis. De fideicommissariis libertatibus vide tit. ff. & C. de fideicom. liber. 4. Inter amicos, in qua manumissione necessaria fuit scriptura, & quinque testes subscripti. 5. Per epistolam quin-

De Libertinis.

De Libertinis.

quinque testibus munitam, qua dominus seruum absentem libertate donat. Ita hi modi enumerantur §. 1. h. t. quibus additur census lustralis, dum servus iustu domini censum inter cives rom. profitebatur, atque ita instat civis romani habebatur. Zoës. Primi tres modi una cum censu lustrali sunt solemnes, & civem rom. faciunt: duo ultimi fuit privati, & civem tantum latinum efficiunt, at mox dicitur.

4. *Q. IV. Quomplex fuerit status libertinorum?* Re. triplex §. 3. h. t. nam libertini aliqui erant cives romani iura Quiritum consecuti, qui solenniter in Ecclesia, vindicta, vel testamento manumissi sunt. Alii qui erant cives latini privatim inter amicos, vel per epistolam manumissi, seu liberti iuniani ita dicti a lege Junia Norbana sub M. Junio Silano & L. Norbano Balbo Coss. lata, qui vivebant ut liberi, & sine testamento mori debebant ut servi, eorumque bona devolvebantur ad manumissos. Aliqui erant liberti ad dicitur ex L. Alia Sentia, qui non meliores erant conditionis, ac populi, qui se, Divina, humanaque omnia romanis dediderant: dediti proinde appellati Carol. Sed. de antiq. iur. Italia lib. 1. cap. 1. Sed triplicem hunc statum sustulit Imp. Justinianus, & omnes libertos exaquiando voluit esse cives romanos, & iure Quiritum gaudere. cit. §. fin. h. t. Vide tit. C. de deditiis liberti. tollenda, & seq. tit. de latina libertate. tollenda. Cetera, que hic citari possent, infra dicam, ne ordinem titulum pervertam.

TITULUS VI.

Quibus ex causis manumittere non licet.

Agitur de hac materia in Pandectis lib. 40. r. 1. & seq.

1. *Q. I. Quis servos manumittere possit?* Re. regulariter omnis dominus, nisi lege prohibeatur: nam quilibet rei sui moderator est, & arbiter l. 21. C. mandati.

2. Prohibetur autem 1. Debitor in fraudem creditorum ex L. Alia Sentia. pr. h. t. modo copulative ad sit fraudis consilii, seu prava intentio defraudandi creditores, & fraudis eventus, seu re ipsa consequens, si servis manumissis reliqua bona non sufficiant ad satisfaciendum creditoribus. Hoc tamen tali debitori permittitur, ut unum ex servis testamento manumissum heredem insituere possit, cuius nomine, & non domini, ignominia sublationis honorum sustineatur. Neque per hoc injuria fit seruo: tum quia consequitur libertatem, rem inestimabilem; tum quia ultra vires hereditatis non tenetur creditoribus, sed in bonis deinde questis beneficium habet competentia, ne ultra suam competentem sustentationem solvere cogatur. §. fin. de actionib. Ita haec tradit Imp. §. 1. 2. 3. h. t.

3. 2. Dominus 20. annis minor ex eadem L. Alia Sentia prohibetur aliter manumittere servos, nisi per vindictam, iusta causa probata apud Consilium, seu coram Praetore, & Affectibus §. 4. h. t. Hanc legem emendavit Justinianus concedens minoribus, ut anno decimo octavo inchoato inter vivos manumittere possint §. fin. h. t. per Nov. annis 119. c. 2. concedit manumissionem testamentariam in ea etate, in qua dominus testari valet, scil. anno decimo quarto completo. l. 5. ff. qui testam. fac.

4. *Q. II. Quae sint iustae causae, ob quas minor 20. annis manumittere possit?* Re. seq. 1. causa pietatis, & reverentiae; ut si minor habeat seruum patrem suum, matrem, filium, fratrem, paedagogum, nutricem, vel educatorem, aliumque, vel alumnam, quos ille aluit, & educavit, vel collataneum: has enim personas manumittere pietas, & specialis affectio suadet. Potest autem filius habere patrem seruum in casu, quo uterque fuit servus eujusdem domini, & is filio manumisso patrem donavit, vel filium heredem instituit. 2. Causa utilitatis, ut procuratoris habendi gratia, dummodo servus manumittendus non sit minor septemdecim annis. Ex quo nonnulli Civilitae colligunt in procuratore ad lites sufficere annum 17. expletum; sed illatio ista non est clara, & evidens: nam licet servus possit esse procurator ad negotia, tamen causa sufficiens illum manumittendi est, ut tanquam liber cum majori decencia, & honore, negotia praestent graviora, & honorifica procuret; vel id speciale est favore liberta- P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

De Libertinis.

3. Causa matrimonii contrahendi, dummodo ancillam manumissam intra semestrem ducat, seculo impedimento, aut mutatione status, & dignitatis, ne manumissio in fraudem legis facta videatur. Jam si causa femel approbata fuit, tenet manumissio, est deinde appareat causam falsam fuisse. Ita haec habentur §. 5. 6. h. t.

5. *Q. III. Quis servos manumitti possit?* Re. regulariter omnis, nisi iure prohibetur: nam hoc beneficium omnibus conceditur. Prohibentur autem: 1. Servi ad perpetua vincula damnati, & quos testator poena causa manumitti prohibuit. l. 1. 2. C. qui non possunt ad libert. perv. & quos venditor ex contractu, vel Praeses venut manumitti. l. 9. ff. de manumiss. 2. Servus alienus, vel iuri alieno obligatus, ut est servus dotalis, pignori speciali datus, legatus alteri, l. 2. 3. eod. si tamen maritus est solvendo, vel si legatarius legatum repudiet, vel si servus est tantum generali hypotheca obligatus, valet eorum manumissio. l. 29. ff. qui, & a quib. manum. ubi plura de hoc legi possunt.

TITULUS VII.

De Lege Fusia Caninia tollenda.

1. *Lex ista Fusia, seu Furia Caninia sub P. Furio Camillo, & C. Caninio Gallo lata praescribat certum numerum testamentorum manumittendorum, ut ex tribus duo, ex decem quinque, & triginta decem, ex centum 25. & 500. & ultra, non nisi centum manumitti possent. Sed lex ista utpote inhumana, & libertatibus inimica sublata est per Justinianum, data facultate testamento manumittendi etiam omnes servos. tit. C. de L. Fus. Can. tollenda.*

Quae ad hanc libertatis, & servitutis materiam considerantur, brevier in seq. solventur.

2. *Q. I. Qui sint effectus manumissionis?* Re. duo praecipui: 1. libertas ex parte manumissis, licet quidam manumissi libertatem in effectu non consequantur, ut relegati, qui in urbe morantur, manumissi a reo criminis laesa majestatis, vel qui violente coegerunt dominum ad sui manumissionem, & alii, de quibus vide tit. ff. qui, & a quib. manumiss. 2. Jus patronatus ex parte manumittentis, ejuquelibet seruum, ad quos transit etiam in casu, quo pater perduellionis damnatus est. l. 3. 4. ff. de Jur. Patr. Vi hujus juris debentur patrono obsequia, reverentia, munus, & operæ: si quas liberto imposuit, actio ingrati, seu querela contra ingratum liberum, actio Faviana, & Calvianiana, si quid liberto in fraudem patroni alienavit, successio praetoria. Item persona patroni debet esse libertas sancta, non secus ac filio persona patris; & ideo non vocat illum in jus sine venia Praetoris. l. 4. ff. de in jus voc. nec pulsat cum actione doli, injuriarum, vel alia famosa, sed actione in factum, & condemnato patrono saluum manet beneficium competentiae; imo illum egentem tenetur liberus alere, cum jus patronatus simile sit Juri paterno. Ita haec omnia reperies in Digestis lib. 37. tit. 14. & seq. lib. 38. tit. 1. usque ad 5. In Codice lib. 6. tit. 1. usque ad 7. Amittitur autem Jus patronatus remissione, licet reverentia, & actio ingrati nunquam censatur remissa. l. 2. 3. C. de bon. liber. negligentia, si patronus negligat alere liberum. l. 6. ff. de iure patr. vel si eum stringat jurjurando, ne matrimonium ineat &c.

3. Ex dictis colliges 1. ex manumissione inscriptionum, & originariorum non orti Jus patronatus, quia id iure expressum non est, quamvis dominus ita manumittentibus reverentia, & gratitudo debeatur. Colliges 2. Jus patronatus civilis longe diversum esse a Jus patronatus ecclesiastici, seu ab Ecclesia introducti, ut patronus ad Ecclesiam a se fundatam, vel constructam, aut dotatam, idoneum Clericum praesentare valeat. De hoc in meo Cursu tit. de Jure Patr.

4. *Q. II. Quid sit Jus aureorum anulorum?* Re. esse illud, vi cuius liberti a Principe consequuntur iura, & privilegia ingenitorum, salvo tamen iure patronatus. Unde tales liberti possunt ea omnia, que ingenitum, dummodo patrono non praedissent: nam aureus anulus est insigne ingenuitatis. Vide tit. ff. & C. de Jur. aureor. anulor. Restitutio natalium est beneficium Principis priore pinguius, quo liberus ita efficitur ingenuus, B